


DE  
**PLUMBEIS APUD GRÆCOS TESSERIS**

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARIENSI  
PROPONEBAT

**ALBERT DUMONT**

olim Scholæ Normalis  
necnon Gallicæ apud Athenas Scholæ alumnus.



LUTETIÆ PARISIORUM  
APUD E. THORIN BIBLIOPOLAM ET EDITOREM  
VIA DICTA DE MÉDICIS, 7.

—  
MDCCLXX

Bibliothèque Maison de l'Orient



134078

DE  
**PLUMBEIS APUD GRÆCOS TESSERIS**

THESIM  
FACULTATI LITTERARUM PARIENSI  
PROPONEBAT

**ALBERT DUMONT**

olim Scholæ Normalis  
necnon Gallicæ apud Athenas Scholæ alumnus.



LUTETIÆ PARISIORUM  
APUD E. THORIN BIBLIOPOLAM ET EDITOREM  
VIA DICTA DE MÉDICIS, 7.

—  
MDCCLXX

DOCTISSIMO VIRO  
STEPHANO KOMANOUDIS

In Universitate Atheniensi Litterarum latinarum  
ordinario Professore,  
MUSEI SOCIETATIS ANTIQUARIORUM PREFECTO

D. D. D.

AUCTOR.

DE  
PLUMBEIS APUD GRÆCOS TESSERIS

---

PROÆMIUM.

Neminem eorum qui *archæologiæ* studio incumbunt fugit quot quantaque hæc scientia complectatur quæ adhuc sint in dubio. Plurima enim si ad singula monumenta spectes minime a doctis viris intelliguntur, atque etiam si ad generalia, sunt plurimæ monumentorum series de quibus quid significant omnino ignoratur. Hujus generis seriem, pœne hactenus ignotam, in hoc libello perspicere velim, non sane ea spe ut omnino opus absolvam, sed ita tamen ut in universum quamdam rerum explicationem consequar.

Monumenta quæ plumbeæ tesseræ dicuntur, nummis tum modulo tum figura similia sunt. Plurima in Græcia et in Italia reperiuntur<sup>1</sup>. Proxime elapso seculo, vir archæologiæ peritissimus, Ficoroni, quanti sint moment

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auctorum, pag. 17, 19, 20.

ista *plumbea* monumenta intellexerat, et in libro de *nummis antiquorum plumbeis* <sup>1</sup>, plus quam sexcenta, fere omnia latina, effinxerat. Fatetur tamen Ficorini non modo se penitus ignorare quid significant ista monumenta, verum etiam nihil probabile afferre posse. Ita enim loquitur (pagi 57). « Cujusnam erant usus hi nummi plumbei? Id equidem ab aliis volens libensque ediscam quum meum non sit alios edocere. Iis non obstantibus quæ hactenus dicta sunt, pro moneta adhibitos illos fuisse omnino non negaverim... Cum primo obtutu adeo diversa sint inter se, hinc facile non est conjicere ad quem finem ordinati fuerint. (pag. 60) Expecto itaque, quum altum ea de re silentium sit apud veteres, donec aliquis eruditione qua ipsemet careo, idipsum melius explicet ac declaret: ob eamque rem unice contentus fui hosce meos nummos, quicumque illi sint, publici juris facere, ut unusquisque de illis meliora proferat. »

Ex quo scripsit Ficoroni, istius generis monumenta descripserunt plurimi viri antiquitatis periti; collectæ et in lucem editæ nunc exstant circiter mille et quingentæ, non latinæ, sed græcæ tesseræ, quarum vero significationem nemo hactenus protulit: testes sint duo recentissimi illorum monumentorum indagatores, Salinas Panormitanus qui tum in Sicilia tum in Græcia repertos multos plumbeos nummos delineavit, et Achilles Postolaka in atheniensi universitate nummorum Musei conservator.

Anno 1866, postquam aliquot annos in plumbearum tesserarum studio consumpsit, hæc scribit Salinas.

« Mi asterrò come altra volta, dalle congetture più o meno vaghe sull' uso cui poterono essere destinati i piombi che descrivo... imperciocchè chiunque possiede

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auctorum, pag. 16.

una qualche esperienza di monumenti vede di leggieri, che spiegazioni sicure di simile anticaglie sono allora solo possibile, quando quest' ultime, in ricche et svariate serie, vengono in nostro aiuto; poichè nella mancanza di testi che illustrano certi minuti particolari della vita antica, devesi attendere che i monumenti illustrino, per così dire, se stessi. »

Salinas, dissertat. II, p. 19. Cf. Ind. Auctorum.

Nec aliter Achilles Postolaka :

« Per quale uso sieno stati destinati i surriferiti piombi, come pure gli altri numerosi e variatissimi del nostro museo, non saprei decidere, confessando francamente di non potere schiarire tale argomento. »

(Postolaka. Dissert. I, p. 354. Cf. Ind. Auctorum.)

Mihi, quum per quinque annos in Græcia et in Oriente fuerim commoratus, dignæ quas illustrarem visæ sunt plumbeæ tesseræ. Nec alienum fuit in ipsis regionibus versari : quippe prodest inspicere nummos et manibus tractare, nedum satis sit illas descriptionibus tantum notas habere. Ipse accuratissime descripsi quascumque videbam, fere quingentas, et quid significant perquisivi. Has quidem inquisitiones, quum ad eas quas ipse vidi, tum ad eas quæ ante me publici juris factæ fuerant pertinentes, hoc opusculo in lucem profero. Quod attinet ad catalogum *plumborum* <sup>1</sup> ineditorum quæ mihi describere licuit, præcipua invenies cum figuris in diario cui titulus est : *Revue numismatique* 1869 <sup>2</sup>.

Oritur in his rebus difficultas ex eo quod veterum libri nihil ad explicationem earum conferunt. Etenim nec his-

<sup>1</sup> Hanc vocem in appellandis monumentis nostris venia usurpare nobis concedatur.

<sup>2</sup> Cf. Ind. Auct. Dumont.

toriarum scriptores nec potest nobis opitulantur. Constat vero hoc *archæologis* plerumque accidere, cujus rei nonnulla exempla proferam. Hodie plus quam septem millia sigillorum, amphoris<sup>1</sup> ad mercaturam aptis impressorum, supersunt. Licet veterum libros evolvas non ideo discas cur sigilla fuerint impressa, quibus regionibus hic mos viguerit, qui magistratus nomina vel signacula inscripserint. *Coni* et *pyramides* ex argilla plurima in museis inveniuntur<sup>2</sup>; cujus generis in Athenarum museo plus quam septingenta reperias. Pondera ex lapide vel argilla multa exstant. Nihil apud veteres ad ista monumenta pertinens deprehendere licet.

Si nunc ad *monumenta figurata* respicimus plura sunt et majoris momenti exempla. Quis enim veterum scriptorum locus ad significationem explicandam tum funebrium stelarum in quibus effinguntur vel personæ quæ jungunt dextras, vel femina quæ a servis circumdata mundo muliebri dat operam, vel juvenis equitans, tum votivorum marmorum et præcipue illorum quæ vel Æsculapio et Hygiæ vel Isidi et Serapidi dedicantur. Quum vellem, anno 1866, perquirenti Academiæ Inscriptionum satisfacere, in catalogum digessi omnes stelas scenam effingentes quæ vulgo dicitur *cœna funebris*. Quæ quidem stelæ, quantum ego noverim, plus quam trecentæ et viginti exstant<sup>3</sup>. Nullus vero est apud veteres scriptores locus quo stelarum istarum significatio patefiat. Attamen *archæologiæ figuratæ* plerumque licet ea quibus explicandis studet illustrare.

<sup>1</sup> De auctoribus qui istiusmodi sigilla illustrarunt. Cf. Dumont. *Inscript. céram. de Grèce*. Introduction, p. 34.

<sup>2</sup> Cf. Dumont. *Inscriptions céramiques de Grèce*, VIII<sup>e</sup> série.

<sup>3</sup> Cf. *Revue archéologique*. Oct. et Déc. 1869, sur un marbre funèbre du cabinet de M. Brunet de Presle.

Quod scriptorum locis unum aut alterum monumentorum genus explicari nequit, non ideo est omittendum. Quippe si ita esset nulla nummorum scientia, nulla temporum quibus vix ab incunabulis egressum genus humanum ad usus quotidianos saxeis utebatur instrumentis, nulla vasorum vel communium et ad mercedes recipiendas confectorum, vel pictorum, fere nulla antiquarum rerum scientia existeret.

Quum vero desint scriptorum loci simplex tibi occurrit ratio, quam quidem sequeris, 1° si plurima monumenta similia collegeris; 2° si illa quam accuratissime inter se comparaveris. Ista enim collatio, præsertim quum memoria præcipuos veterum usus teneas, sæpius ad certam rerum scientiam ducit; ita ut hac ratione qua conferuntur monumentorum series potissimum nitatur omnis rerum antiquarum scientia.

Totum opus hoc disposuimus modo.

Quum nostra sententia nummi plumbei fere omnes sint *symboli* et *tesseræ*, hoc confirmare et manifestum facere ante omnia instituimus.

Omnes tesseras, de quibus disserimus, in hoc libello describere non possumus; in prima fronte dissertationis nostræ indicem librorum quibus descriptæ fuerunt, præposuimus.

Deinde breviter recensuimus plumbea monumenta quæ plus minusve nostris tum forma, tum figuris expressis similia sunt. Monstravimus qua in re ab istis monumentis nostra discrepent, unde exploduntur sententiæ quorundam eruditorum a quibus falsæ propositæ sunt explanationes. Hoc capitulo licet brevissimo omnes libros, pro viribus nostris, retulimus qui fusius quæstiones illas quas



modo leviter attingimus, tractaverunt et quibus usi ad opinionem quæ nostra est venimus.

Secundo capitulo perpendimus varias opiniones quæ ad plumbeas tesseras pertinent : Scilicet

1° utrum nummi fuerint *ista plumba* necne? — nec alienum fuit isto loco de plumbeis nummis aliquantum disserere.

2° Utrum *tesseræ missiles* necne?

3° Utrum tesseræ ad usum theatri necne?

Tertio capitulo demonstravimus plerasque tesseras nihil aliud quam privatorum civium signacula et sigilla et insignia exhibere. Hoc autem in iis quæ disseruimus plurimum habere momenti arbitramur.

Quarto capitulo probavimus nonnulla ex istis plumbis in usum publicum a civitatibus fuisse impressa quæ quidem secundum usum ita recensuimus; plumba ad iudiciorum usum, — plumba ad usum concionum, — plumba ad usum senatus, prytanum et tribuum, — plumba ad usum magistratuum qui rerum venalium foro præerant.

Quinto capitulo de plumbis locuti sumus quæ procul dubio ad gymnasticas exercitationes et ludos publicos pertinent.

Deinde ordine sequitur capitulum VI de tesseris ad religionem vel ad usum sodalitiarum pertinentibus, cui capitulo finem faciens pauca de plumbeis amuletis adjeci.

Quod attinet ad illas veterum tesseras de quibus hic non agitur (eburneis, æneis, etc.), exstant quidam libri quibus illustrantur ista monumenta. Conferas in primis licet : 1° de tesseris ad usum theatri capitulum satis luculentum Wisseler <sup>1</sup>. 2° de tesseris hospitalibus opus hodie obsoletum Tomasini <sup>2</sup>. Invenias tamen apud eum quædam

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auctor. p. 20.

<sup>2</sup> Cf. Ind. Auctor. p. 20.

acute observata. Sunt plurima multi pretii apud Egger : *Recherches historiques sur les formalités de l'état civil chez les Athéniens.*

3° De tesseris gladiatorii Ritschl, Hubner, Henzen, aliique disseruerunt <sup>1</sup>.

4° De tesseris frumentariis Garrucci : *Piombi Antichi Romani*, etc.

5° De tesseris tribunalis Heliastici exstant quædam opuscula inter quæ liceat memorare dissertationem a nobis nuper publicatam <sup>2</sup>.

6° De tesseris ad sortitionem magistratuum apud Græcos nonnulla recenter attulit Franc. Lenormant <sup>3</sup>.

Plurimæ nihilominus tesserae singularem commentationem desiderant. Igitur etsi nobis ante omnia in animo sit plumbeas Græcorum tesserarum illustrare, quædam tamen monumenta ad explicationem quarundam tesserarum quibus nemo adhuc operam dedit, præsertim quum illa monumenta inedita fuerint, proferre licebit.

Monumenta recentiora, in regionibus nostris reperta, quæ cum nostris conferre possis, plurima sunt (méreaux, jetons, plombs historiés). Ad ista pertinentes libri optimi nuper prolati fuerunt, quos inter memorabo quinque volumina jam ab Arthur Forgeais edita. Quo quidem opere et aliorum doctorum virorum scriptis præsertim in diario cui titulus est *Revue numismatique belge* publicatis, nuper constituta est pars ista hactenus recentissima archæologicæ scientiæ quæ ad Mediam Ætatem pertinet. Neminem hodie fugit quanti sint momenti plumbei omnis

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auctor. p. 17, 19.

<sup>2</sup> Cf. pag. 16.

<sup>3</sup> Cf. pag. 17.

generis nummi. De quibus conferas licet sententiam ornatissimi viri quem nugis difficilibus plus æquo immorari nemo merito dixerit <sup>1</sup>. Liceat quoque luculentum opusculum D. de' Rossi memorare cui inscribitur. *Le medaglie di devozione....* <sup>2</sup>.

Quod quidem de plumbeis nummis Mediæ Ætatis perfectum est, id de antiquis inchoare velim. Initium nobis sit a græcis nummis, latinos postea aggrediemur. Abiit et provectum est tempus quo Eckhel qui paucos admodum plumbeos nummos viderat, non sine contemptu de iis loquebatur et vix mentionem istorum faciebat. Si autem vir clarissimus nostra ætate viveret, summo studio istis monumentis, plurimorum insignium virorum æmulus, incumberet et quantæ forent utilitatis subtilissimum ingenii acumen et immensa doctrina <sup>3</sup> !

Nos quidem, hac prima dissertatione, penitus ingentem materiam tractare minime destinatum habuimus, at circumscribere et divisiones statuere et quanti sit momenti hæc series ditissima *plumborum* ineditorum ostendere. Patere etiam voluimus plumbeas græcorum tesseras explicari posse. Etenim inter ista plumba plurima longum opus requirerent. Nostrum sit viam nondum

<sup>1</sup> Hauréau. Cf. Forg. t. III, préface.

<sup>2</sup> Cf. Ind. Auct.

<sup>3</sup> De plumbis quæ juris publici fecit Forgeais. Cf. Ind. Auctor. De illorum plumborum usu cf. Perreau et Dirks *Revue numismatique belge*, 1847, 1848, 1859, inter quas dissertationes illa cui titulus est *Sur la corporation des métiers de Mestricht* non sine utilitate legetur.

Cf. Etiam Hucher : *Méreaux de plomb*. *Revue numismatique* 1858, p. 338. Rouyer. *Note concernant des Méreaux et d'autres pièces du même genre*. *Revue numis.* 1864, p. 444. Societates illas apud græcos quæ ἐργασίαι, συγγεργασίαι, συμβιώσεις dicebantur, illis quæ in occidente floruerunt (*corporations*) non absimiles fuisse crediderim. Wagner : *Revue numis. belg.* 1868. Le Bas, *Insc.* III, 656, 753, 1571, 1687. C. I. G, 3154, 3192, 3304, 3408, 3422, 3480, 3485, 3495, 3496. 3497. 3498, 3499, 3504, 3639. 3924, 3938, 4340 g., etc.

tritam iniisse; nostrum squalentem hactenus et dumis horrentem campum vertisse unde lætæ segetes aliquando efflorescant. Si quis enim nobis assentiatur, arbitrantibus scilicet (ut afferamus unum ex iis propositis quæ in hoc opusculo tuemur) nihil aliud multis tesseris exprimi quam signacula atque ut verbo gallico utar, *armes* privatorum, non possit non agnoscere quid novi attulerimus. — Jam vero plurima inde quæri possunt : unde civibus ista signacula? eane a majoribus acceperint? Quomodo explicari possint ea quæ ex veteribus superstitionibus manifesto pendent? Quo tempore signaculorum usus cœperit?

Plurimæ tesseræ non sunt privatorum; nec pauciora de iis inquiri possunt. Denique etsi alias civitatibus, alias privatis rebus, alias religiosis sine controversia assignare volumus, tamen non earum omnes usus utilitatesque enumeravimus.

Si quid novi nos in ista dissertatione attulimus, si quid est quod vere demonstratum haberi possit, illud solvat nostra erga viros doctos quorum consiliis non sine utilitate usi sumus, debita, scilicet Egger, J. de Witte, Longpérier. Fit quædam perpetua inter eos qui archæologiæ student officiorum communio; parum valent sæpe singulorum conatus, nisi aliorum experientia et benevolentia adjuvantur; qua quidem remota communione, eruditæ disquisitiones nec proficere valeant nec oblectare.

Ut omne opus propositum pro viribus meis absolvam, sunt adhuc doctissimo lectori subjiciendæ dissertatio II de usu symbolorum apud Græcos (διακριτικῶν ἐπισήμων), dissertatio III de quibusdam tesseris singularibus, dignis quæ opere particulari illustrentur et de plumbeis apud paganos amuletis.

## INDEX AUCTORUM <sup>1</sup>.

- AMÉCOURT (Gustave d'). Lettre à M. de Witte. Revue numismatique, 1862, p. 167.
- AVOLIO. Sopra il commercio de' greco-siculi confermato da taluni vetusti piombi mercantili 1835. Gior. del sc. lett. ed arti per la Sicilia.
- BAUDELOT DE DAIRVAL. De l'utilité des voyages et de l'avancement que la recherche des antiquités procure aux savants. Nouvelle édition, 1727, t. II, p. 306. Médailles de plomb.
- BEULÉ. Les monnaies d'Athènes, p. 78.
- Tessère de bronze trouvée à Athènes. Bulletin de la Société des Antiquaires de France 1857, p. 95.
- BIANCHINI. Epistola de Lapide Antiato. Roma 1698. Agitur ibi de nummo plumbeo Hadriani.
- BORGHESI. Sopra due tessere gladiatorie consolari scoperte ultimamente in Roma. Giornale Arcadico di scienze... Roma 1831.
- Sigilli che si apponevano ai diplomi di onesta missione. Dissertazioni della pontificia Academia romana di archeologia, t. x, 1840, p. 131, 219.

<sup>1</sup> Ex his scriptoribus nonnulli de tesseris quidem plumbeis siluerunt, multa tamen quæ ad rerum nostrarum rationem explicandam pertinent, exposuerunt.

- CARDINALI (Clemente). Dissertazione intorno alcune tessere gladiatorie. Memorie romane di antichità e di belle arte. Roma 1825.
- CASTAN. Revue archéol. avril 1870. Un jeton de jeu de l'époque romaine. De tessera illa cf. Baudelot, t. II, p. 306, etc...
- CAVEDONI. Bulletin archeol. napolit. 1860, p. 7.
- Magistrati delle monete di Atene. Bulletin de l'Inst. de Corr. arch. 1837. Archæolog. Zeitung 1846. Bulletin arch. napolit. 1856.
- Osserv. critiche sopra gli antichi medaglioni contornati. Modena 1837.
- Osserv. sopra le antiche monete di Atene. Modena 1836.
- Nuovi studii intorno alle monete di Atene. Bull. arch. napol. 1859.
- Revue arch. 1<sup>re</sup> série. t. IX, p. 351.
- CELEBERRIMORUM VIRORUM epistolæ de re numismatica ad Goezium. Vitteb. 1716.
- CHABOUILLET. Catalogue général et raisonné des camées et pierres gravées de la Bibliothèque impériale, n° 3171, 3247 et seq.
- COMNOS (Spiridion), Médailles grecques inédites. Revue numismat. 1865, p. 165. Cretacea tessera quæ litteras exhibet **ΕΣΠΘ**) (**ΡΕΣΠΙΑ**).
- DEVILLE. Mémoires sur les médailles gauloises de plomb, Rev. num. 1846, p. 165.
- DUCHALAIS. Mémoires de la Société des Antiquaires de France, t. XIV, p. 429.
- Description des médailles gauloises de la Bibliothèque royale, p. 104 et seq.
- DIARIUM archæologicum Atheniense (Ἐφημερίς ἀρχαιολογική)

- λογική). Discus plumbeus qui varias figuras exhibet.  
Nov. ser. p. 38.
- Tesseræ judiciales Styrenses. Nov. ser. p. 245, 342,  
et 354, 376.
- DUMONT. Sur quelques tablettes inédites du tribunal des  
Héliastes. Lettre à M. Egger. Rev. arch. 1868.
- Tessères grecques inédites. Revue numismatique  
1869.
- Inscriptions céramiques de Grèce : viii<sup>e</sup> partie.
- Tessère militaire et tessère nautique du musée d'A-  
thènes. Rev. arch. 1870.
- ECKHEL. Doctrina numorum, t. viii, p. 318 et seq.
- EGGELING. Epistola de orbe stagneo Antinoi. Brem. 1691.  
Cf. Rutgersium.
- EGGER. Recherches historiques sur les formalités de l'é-  
tat civil chez les Athéniens, in *Mémoires d'histoire  
ancienne et de philologie*.
- FICORONI. I. Piombi antichi. Roma 1740. — Dissertatio de  
plumbeis antiquorum numismatibus, tam sacris quam  
profanis, lat. versa a Dominico Cantaglio. Roma, 1750.  
Lips edit. II, 1754.
- I tali ed altri strumenti lusori degli antichi romani.  
Roma, 1734, p. 149.
- GAETANI (Cesare). Piombi antichi mercantili, 1755. Opus-  
coli di autori Siciliani, t. xiv.
- FORGEAIS. Notice sur des plombs historiés trouvés dans  
la Seine.
- Méreaux des corporations et métiers.
- Enseignes de pèlerinages.
- Variétés numismatiques.
- Imagerie religieuse.
- Numismatique populaire.

- GARRUCCI. I Piombi antichi raccolti dall' Eminentissimo principe il cardinale Altieri. Roma, 1847.
- Notice sur quelques plombs antiques. Rev. numis. 1862, p. 402.
- Nouvelles remarques. Rev. numis. 1863, p. 288.
- GRÉSY. Notice sur quelques médailles en plomb trouvées dans la Seine. Mémoires de la Soc. des Ant. 1858.
- HUBNER. Nouvelles tessères de gladiateurs. (Trad. Gaidoz.) Paris 1869.
- Due tessere theatrali della Bibliotheca nazionale a Madrid. Bul. de l'Inst. di Corres. Arch. 1861.
- HUCHER ET ROUYER. Histoire du jeton au moyen-âge. Le Mans 1861.
- JAHN (Otto). Ueber den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten (Dresden 1855).
- KAYSER. De nummis monetariorum veterum culpa vitiosis. Viennæ 1736.
- KOMANOUDIS. In diario Atheniensi cui titulus est Ἀθηναῖ. 10 sept. 1860. Sortes judiciaræ plumbeæ.
- LABUS. Delle tessere degli spettacoli romani, dissertazione inedita dell' abate Morcelli pubblicata con alcuna annotazione dall dottor G. Labus. Milano 1827.
- LENORMANT (F.) Collection d'antiquités grecques recueillies dans la Grande-Grèce, l'Attique et l'Asie-Mineure, par M. Eug. P.. Paris 1870, p. 62, 63.
- Judiciales tesserae : Rheinisches Museum, 1867. p. 277.
- LOGOTETA. Il traffico antico delle manifatture siciliane cavato da' piombi mercantili. Opuscoli di autori Siciliani. Nova serie, t. vi.
- LÆSCHER. Dissert. antiquaria de talismantibus. Vitteb. 1697.
- A. DE LONGPÉRIER. Trouvaille de Myt-Rahineh. Rev. num. 1861.



- Plomb trouvé à Alise (id.)
- Sur les monnaies de plomb d'Alise de Perthes et de Mont-Berny. Comptes-rendus de l'Acad. des Insc. et Belles-Lettres. 27 nov. 1864.
- Sur une monnaie de plomb d'Alise. Comptes-rendus de l'Acad. des Insc. 19 avril 1861.
- Les tumulus de Djebel el Akdhar. Rev. arch. I série, t. I, p. 567.
- Numismatique. De symbolis in nummis. Rev. arch. I, sér. t. I, p. 92.
- MAFFEI. Observationes litterariæ, t. III. De signaculis apud græcos.
- MANNI. Osservazioni sopra i sigilli antichi. Firenze 1739.
- MAZUCHIUS. Commentariorum in regii Herculanensis musei æneas tabulas Heracleenses. Pars I et II, Neapoli 1754.
- MORCELLI. Cf. Labum.
- MINERVINI. Poche osservazioni sopra uno disco di terracotta nel Real museo Borbonico : Bull. Arch. Napolit. 1857.
- MINICIS (Gætano de). Teatro antico di Fermo : Bull. de l'Inst. de Corr. Arch. 1858).
- MUSEUM BRITANNICUM. London 1778, p. 60. Greek and Roman tesserae.
- MULLER. Numismatique de l'ancienne Afrique.
- NOTICE sur le musée Dodwell et catalogue raisonné des objets qu'il contient, publiée par la direction de l'Institut de Correspondance Archéologique. Rome 1837, p. 26 et seq. p. 49 et seq.
- ORESTRIO. Von den drey Künsten der Zeichnung, etc... mit einem Anhang von der Art und Weise, Abdrücke in Schwefel, Gyps und Glas zu verfertigen auch in Edelsteine zu Graben, Wien. 1773, in-8.

- PAPPADOPOULOS. Notice sur quelques antiquités de l'île de Syra. Rev. arch. nouv. série, t. VI, p. 225.
- PIGNORIUS (Laur.) De servis veterum romanorum, cap. VI, p. 129. Edit. II. Patavii 1656.
- PEYRON. La prima tavola di Eraclea. Torino 1869.
- PINCKERTON. Essay on Medals. London 1789, t. II, tab. 4.
- POSTOLAKA. Medaglie inedite del museo di Atene. Annali dell' istituto.. 1866.
- Piombi inediti del museo numismatico di Atene. Annali, 1868.
- RASCH. Lexicon rei nummariae, t. III, p. 1443
- RATHGEBER. Ricerche intorno dodici tetradrachme inedite attiche dal ducal gabinetto di Gotha. Annales de l'Inst. de Corr. Arch. 1838.
- Neunundneunzig silberne Münzen der Athenaiier aus der Sammlung zu Gotha, Weissensee 1858.
- RECUPERO (Giacinto). Sulla collezione archeologica del barone Alessandro Recupero : Giorn. del. scienze, lett. ed arti per la Sicilia 1835.
- RINCK. Lucubratio de veteris numismatis potentia et qualitate, etc. Cap. v, p. 35. Leips. 1701.
- RITSCHL (Friedrich). Die tesseræ gladiatoriae der Römer, München 1864.
- ROGER. Catalogue du musée de Philippeville.
- DE' ROSSI. Le medaglie di devozione dei prei sei o sette secoli della Chiesa. Bull. di Arch. cr. 1869.
- RUTGERSIUS (Reiskius). De orbe stagneo aut numo potius adulterino seu reprobo Antinoi ad virum illustrissimum Jo. Hen. Eggelingium epistola. Francof. 1699. In-4°.
- ROSSOPOULOS. Giudiziali tessere. Ann. dell' inst. p. 388.
- SABATIER. Description générale des médaillons contorniates..

- Médailles romaines inédites et tessères. *Annuaire de la Société française de numismatique* 1866, p. 60.
- SALINAS. Descrizione di una raccolta di piombi antichi Siciliani detti mercantili. *Annali dell' istituto di Cor.* arch. 1864.
- Piombi antichi Siciliani. *Annali dell' Instit. etc.* 1866.
- SESTINI. *Descrip. delle med. greche del museo Fontana.* Firenze, t. I 1822, t. II 1827, t. III 1829.
- Illustrazione di un antica medaglia di piombo appartenente a Velletri Roma 1796. Lettera indirizzata all sig. Giorgio Zoega.
- SCHÖMANN. *De comitiis Atheniensium.* Leipsig 1829.
- SEGUIN. *Selecta numismata ex Museo Petri Seguni.* Deorum nummi, pag. 1 et seq.
- *Opuscula academica.* Berlin 1856.
- TOMASINI. *De tesseris hospitalibus liber singularis.* Utini 1647.
- DELLA TORRE (Gaetano). *Piombi antichi mercantili.* Roma 1795.
- VISCHER. *Alte Bleiinschriften auf Styra aus der Insel Eubœa.* Basel 1867.
- VISCONTI (Ennius Quirinus). Lettera su d'un antico piombo Veliterno scritta all' eminentissimo e reverendissimo principe il signor cardinale Stefano Borgia. Roma 1796.
- Su due monumenti di Antonia Augusta, lettera al cittadino Giorgio Zoega. *Reipublicæ anno VI.*
- *Mémoires numismatiques romains,* p. 14, 119, 121.
- DE VOGUÉ. *Inscriptions sémitiques. Tesseræ cretaceæ,* n° 125 et seq.
- WIESELER (Frederich). *Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens bei den Griechen und Römern.* Göttingen 1851.

NOTITIA COMPENDIORUM.

- Post. I. Postolaka. — Medaglie inedite del museo di Atene.  
Post. II. Postolaka. Piombi inediti del museo numismatico di Atene.  
Gar. I. Garrucci. I Piombi antichi raccolti dell eminentissimo principe, etc.  
Gar. II. Garrucci. — Notice sur quelques plombs antiques.  
Sal. I. Salinas. — Descrizione di una raccolta di piombi antichi Siciliani.  
Sal. II. Salinas. Piombi antichi Siciliani.  
Dum. Dumont. — Tessères inédites découvertes en Attique.  
d. Ad dextram respiciens.  
s. Ad sinistram respiciens.

## CAPITULUM I.

DE QUIBUSDAM PLUMBEIS MONUMENTIS QUÆ PLUS MINUSVE  
TESSERIS NOSTRIS SIMILIA ESSE VIDENTUR.

I. *De forma.* — De quibus disserimus tesseræ, ut jam diximus, nummorum formam habent, fere semper rotundæ; in postica parte typum non omnes exhibent.

II. *Ubi tesseræ plumbeæ repertæ fuerint.* — Illæ quas pernoscere propositum habemus, in Attica fere omnes repertæ fuerunt, sed sine dubio in omni orbe antiquo si accurate quærentur, usitatæ fuisse videbuntur. Ejusdem generis tesseræ in Syria, anno 1868, tum apud doctum virum Peretié, tum apud alios vidi. Ut alia exempla afferam, vix Salinas in Sicilia illarum seriem formare instituit, multas collegit. In Italia plumbeæ tesseræ cum latinis litteris quam fræquentes fuerint, qui bibliothecam vaticanam inspexerunt, non ignorant.

Quod si tabulam illam consulas in qua indicavit Postolaka ubi repertæ fuerint tesseræ in Museo Universitatis Atheniensis asservatæ, hujus generis monumenta in omni orbe hellenico usitata fuisse, certum habebis.

Europa. — Taras V tesserae.

Imbros I.

Thebæ II.

Eubœa IX.

Andros III.

Zea I.

Asia. — Lampsacum I.

Pergamus I.

Smyrna XII.

Samos II.

Etc.....<sup>1</sup>

III. *Cui tempori referendæ sint tesserae nostræ* si quærimus, nonnullæ, raræ quidem, typum antiquissimum exhibent, pleræque artis acutæ et subtilis esse videntur; fere omnes autem nec male nec optime elaboratas tum ad Macedonum tum ad Romanorum tempora referendas esse existimo <sup>2</sup>.

IV. *Quo modo elaboratæ fuerint tesserae?* — Aliquot tesseræ incusæ fuisse non nego; sed fere omnes conflatae fuerunt. Typos quibus illas efformare usitatum fuit habemus, ex lapidibus marmoris *cipolino* haud absimilibus.

Typus aut forma et varias cavitates et ductum exhibet qui in multos ductus dividitur, ut plumbum fusum in cavitates inferat. Unam, quinque, septem vel novem cavitates habent typi quos in fine jam laudati operis delineavit Ficoroni.

Typos quibus Medii Ævi artifices ad plumba ejusdem generis elaboranda usi sunt, typis Ficoronianis parum dissimiles fuisse facile crediderim. Cf. enim Forgeais, t. iv, p. 44, qui typos in Sequana repertos et delineavit et illustravit <sup>3</sup>. Illorum nonnulli hodie asservantur in Mu-

<sup>1</sup> Post. II. Præfat.

<sup>2</sup> De pretio cf. Rutgersium op. laud.

<sup>3</sup> Cf. Etiam t. v, p. 250.

seo Parisiensi vulgo dicto. *Musée des Thermes et de Cluny* <sup>1</sup>.

1° *De plumbeis signaculis quæ nonnunquam marmoribus antiqui inseruerunt.*

Plumbea signacula quæ cum tesseris nostris maximam similitudinem habent nonnunquam marmoribus antiqui inseruerunt.

« Quum Augustinus Lecchinus lapicida Romam adferri curasset fragmentum quoddam ingens marmoris flavi, quod Tiburi cum aliis pluribus in villa Hadriani repertum erat, dum e curru ante ejus officinam dejiceretur, frustum cecidit a latere ipsius marmoris, quod quum a Lecchinio colligeretur, qui in ea versabatur opinione, illud nempe a marmore vi casus discissum fuisse, cognovit, illud data opera marmori adjunctum fuisse a veteribus, qui etiam cavitatem ibi factam liquefacto plumbo repleverant, et supra ipsum caput Hadriani obsignaverant, idemque frustum subtilissima iterum calce adeo exacte conjunxerant ut conjunctio nullo modo adpareret. In ipso autem frusto infra eundem nummum sequens inscriptio legitur, quamquam non sine difficultate ob asperam ipsius marmoris superficiem.

HADRIANI, AVG. COS II... N CL XXII. »

Ficoroni, p. 4.

Signacula illa nummorum et formam et typum fere semper exhibent, sed in parte postica nihil effingitur; crassa sunt et ambitu male delineato facile dignoscuntur. Hujusmodi nonnulla delineavit Ficoroni (Tab. I, fig. 1, 2,

<sup>1</sup> Illi typi recentiores non habent numerum in catalogo. Idem Museum plumborum ad Medium Ævum pertinentium seriem quandam possidet amplam et luculentam. Typos nonnullos in Vaticana bibliotheca asservatos videre mihi non luit.

3, 4. Tab. II. 1, 2, 3, 4.) quæ imperatorum capita representant (Trajani, Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii, etc.) De signaculis rectangulis. Cf. Ficoroni, tab. II, fig. 5: plumbum cum Trajani laureato capite.

Hujusmodi numismata in summo capite columnarum fere semper reperta sunt pleraque tamen quasi in marmoris fissura recondita fuisse videntur.

Quid sibi voluerit hæc consuetudo intelligere haud difficile est. Quum magnis sumptibus magnaque magnificentia vel imperatores vel privati cives ædificia extruxissent, memoriam suam apud posteros certo testimonio æternam reddere propositum habuerunt.

Viris quibusdam eruditis suspicio fuit illa numismata signum quoddam publicum sigillumve fuisse quo marmora a tributis eximerentur, cui opinioni si assentimur, quomodo sæpe signaculum in rimis profundis quasi tectum et celatum fuisse intelligi potest?

Hujusmodi signacula, libertate græca florente facta, nemo hactenus juris publici fecit. Unum itaque monumentum adhuc ineditum quod et antiquorum nummorum atheniensium typum exhibet et plumbis a Ficoronio delineatis omnino simile esse videtur, hic describere operæ pretium est. Illud Athenis vidi, anno 1867, apud antiquarum rerum mercatorem qui signum viatoribus bene notum habet *ad Minervam*; ubi repertum fuerit ignoro. Fere rectangulam formam habet, 0<sup>m</sup>, 06 altum, 0<sup>m</sup>, 04 latum; pars postica rugosa est; in adversa parte Palladis galeatum caput ut in nummis ad dextram respicit, quod signaculum vel in summo capite columnæ cujusdam vel in rimis marmoris olim collocatum fuisse pro certo habendum est.

2° *De plumbeis sigillis græcis.*

Sigillorum aut publicorum aut privatorum nonnunquam



scriptores græci mentionem faciunt. De publicis apud græcos sigillis in opere cui titulus est *Histoire des traités publics dans l'antiquité*, disseruit Egger. Ipse, ut dixi in epistola mea ad eundem doctum virum: *sur quelques tablettes du tribunal des Hélistes conservées au musée de la Société archéologique d'Athènes*, publicum reipublicæ Atheniensis signum (σφραγίς) tum mensuræ cuidam in Museo Societatis Archeologicæ assertatæ, tum æneis ad tribunalia tesseris (σύμβολα δικαστικά) impressum reperisse credo.

Ad sigilla Romæ ceræ, in Græcia autem et in Asia cretæ usus invaluit. « Hæc quæ a nobis prolata laudatio est, obsignata erat creta illa asiatica quæ fere omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis sed etiam in privatis litteris, quas quotidie videmus mitti a publicanis unicuique nostrum; ... nostra igitur laudatio... consignata creta est; in illo autem testimonio tantum ceram esse videmus <sup>1</sup> ». Cretacea sigilla non modo quædam sed multa, — quod fere ab omnibus antiquariis, si diaria quæ græca monumenta quotidiane illustrant, consulis, adhuc ignoratur, — paucis abhinc annis in Attica reperta fuerunt, quæ adhuc inedita docti cujusdam operis materiem sane luculentam suppeditare possunt. Hujusmodi monumentorum amplam seriem, non sine labore collectam Universitatis Museo adjunxit Postolaka, quam delineare et omni modo illustrare, ejusdem generis sigillis quæ apud multos privatos cives Athenienses reperiuntur non neglectis, Salinas propositum habere credo. Cretacea sigilla tum in Syria, tum in Palmyræ ruinis inventa, Beryti in Peretiano Museo vidi: — Proxime elapso sæculo nonnulla, Græca quidem Romanave, exprompsert Ficoroni.

<sup>1</sup> Cicer. pro Flacco, 16.

Cretaceæ etiam exstant tesseræ<sup>1</sup>, plumbeis omnino similes; tesseris pars postica aut plana est aut sæpe typum ut pars superior, exhibet; sigillis pars postica lineolas impressas servat quas reliquit vel papyrus quæ sæpe lineas habet, vel tænia qua tabulæ claudebantur. Scapi papyracei qui quotidiane in Egypto reperiuntur hujusmodi et tæniæ et sigilla servant.

Cretaceas tesseras in Syria repertas quæ vel Hebræas vel Arabicas inscriptiones non sine figuris exhibent nuper delineavit Melchior e Vogueiis comitibus (Inscriptions sémitiques). Quædam virum lecto recubantem, ut stelæ quæ funebrem cœnam representare dicuntur, præbent; aliæ lunam stellasque, etc; inscriptiones vel privata nomina, vel preces, vel deorum tituli: *Iamlikou filius Moqueimou Aqualeish*<sup>2</sup>. — *Belus protegit* .. Hic populi cuiusdam nomen<sup>3</sup>. — *Sol dominus supremus*<sup>4</sup>. — *Belus Genouba dat vires*<sup>5</sup>. *Benedicat*. — Aliæ tandem: *panem vinumque*<sup>6</sup>.

Eadem symbola tesseræ sigillaque exhibent inter quæ Palladis caput, vel noctuam, tridentem, caduceum, deorum figuram, sæpius notavi. Sed de illis sat est: qui materiem hanc certe novam illustret, profecto non deerit antiquarius.

Plumbea etiam sigilla fuerunt tesseris nostris haud omnino absimilia. — « Mihi, perquam peregrinum, ait *Montfaucon*, et vix credibile visum fuit, apud ullum bullas plumbeas ab imperatoribus ipsis ethnicis adhibitas ad

<sup>1</sup> Cf. Comnos: op. laud.

<sup>2</sup> N° 125.

<sup>3</sup> N° 134.

<sup>4</sup> N° 135.

<sup>5</sup> N° 137.

<sup>6</sup> N° 146, 147.

sua diplomata, quare vides antiquitatem hujusce ritus ad nostra usque tempora propagatam... » (Muratori : Dissert. Med. Ævi, XXXV, 139. Ficoroni : opus laud. p. 13.) Hujusmodi enim sigilla nonnulla inventa fuerant Alexandri Severi, Antonini, Caracallæ, aliorumve imperatorum capite signata ; ut exempla afferam :

Fic. I, VI, 7. S. P. Q. R.) (globus super quem signum victoriæ.

Id. I, XIX, 4. DNC PR Domini nostri Cæsaris prætor.)

(D. DDNCP Domini nostri Cæsaris perpetui.

Id. I, XIX, 3. Miles læva hastam tenens, dextera clypeo incumbens.) (AV. Aulus Vitellius, ut credit Ficoroni.)

Id. I, XIX, 5. Effigies nuda quæ læva pileum tenet NERO AUG. Nero Augustus. (Cf. Id. I, v, 1, 7, 10; I, iv, 5, 6, 9, 10, 11, 12, ; I, XIX, 8. — Garrucci : opus laud. p. 54. Borghesi : *sigilli che si apponevano ai diplomi di onesta missione.* (Cf. locos quos illustrat iste vir eruditissimus.)

Sigilla plumbea non modo romana, sed græca etiam exstitisse certum habemus, Ficor. I, VI, 1. Caput nudum) (EBONIOΥ ΕΦΟΡΟΥ ; sed de hujus plumbi ætate, mihi tantum Ficoroniana figura notum, nihil affirmare possim,

Id. I, XIX, 1. Notæ duæ compendiarie græcæ, non byzantinæ, ut videtur.

Si accurate monumenta inspicias, sigilla a tesseris facile discernes ; sigillis foramen superest per quod chordula ducebatur membranæ vel papyro vel tabellis adnexa.

3° *De mercatoriis plumbis quæ dicuntur piombi mercantili.*

De plumbis illis quæ apud antiquos græcos mercibus

affigebantur, pauca dicenda sunt. Quæ fuerit illorum forma; ad quem usum usurpata fuisse videantur; quos typos præcipue exhibeant, ubi sæpissime reperiantur, nuper explicuit Salinas<sup>1</sup> qui simul multa exemplaria accurate delineata dissertationibus suis adjunxit. Illorum nonnulla a tesseris nostris parum discrepant; semper autem duos orbiculos inspicies appendiculo conjunctos cui tænia implicabatur. De aliis quæ tesseris nostris omnino ab-similia sunt, cf. opus laud. Diss. I.

Plumba mercatoria in Sicilia tantum reperiri multi credunt; inde monumenta illa fere semper *plumba Sicula* vel *Syracusana* dicuntur. Errant autem qui ei opinioni assentiuntur. In Atheniensis Universitatis Museo exstant plumba mercatoria græca publicis Athenarum typis inscripta, noctua Palladisve capite, sine dubio non modo græca sed vere attica, quæ publici juris facere, tesseris jam delineatis aut descriptis, propositum habet Postolaka. Ejusdem generis monumenta nonnulli viri antiquitatis periti collegerunt, inter quæ, ut exempla, quatuor inedita afferam.

— Apud Finlay — plumbum mercatorium — tridens

— In Museo Societatis Antiquariorum — noctua dext.

— Id. Litteræ compendiarie AΓO, ut videtur, forsan AΓOPANOMΟΣ.

— Id. — Caduceus.

— Cf. Etiam Garrucci. I, tab. III, fig. 18. Plumbum mercatorium quoddam Romæ servatum doctus Pater edidit.

4° *De ponderibus parvis.*

Pondera plumbea quædam tesseræ esse nonnunquam viri rerum antiquarum periti crediderunt.

<sup>1</sup> Cf. Etiam : G. della Torre, — op. laud. Cf. Ind. Auct.

Cf. Longpérier. *Annales de l'Inst. de Corres. archéol.* 1847, p. 344. Dumont : *Sur un poids grec trouvé à Babylone. Revue Archéologique*, 1869, p. 202, — et *Annuaire de l'Association des Etudes grecques*, 1870.

Pondera parva a tesseris discernere aliquando difficile est.

Schilbach : *Conspectus ponderum maxima ex parte ineditorum.* (Ann. de l'Inst. de Corres. Arch. t. XXXVII, p. 195).

1° Diobolon — bene servatum, pondo 1<sup>s</sup> , 55. In area duo puncta.

2° Diobolon — haud male servatum, pondo 1<sup>s</sup> , 47, circum punctum in medio circulus ductus est.

3° Triobolon — paullum contusum, pondo 2<sup>s</sup> .063, Tres lineæ prominentes.

4° Triobolon — bene servatum, pondo 2<sup>s</sup> , 72, noctua.

Hæc monumenta pondera esse certum habebis si spectas 1° quid pendant, 2° quæ signa litteras figurasve exhibeant ; in ponderibus enim minimis fere semper lineæ imprimuntur, quid valeat pondus, indicantes 3° quæ forma sit — rectangula enim sunt sæpissime. — (Cf. eundem *conspectum* : Triobolon, Drachma, Didrachma, etc... <sup>1</sup>)

<sup>1</sup> In catalogo a Postolaka edito plurima invenies de quibus dubium habet editor.

Posto. II. Art. n° 32, T. vel ⚭ . quadratum crassum : — pondo 3 g. 75.

Id. 33. ⚭ K. litteris incusis pondo, 8, 56.

Id. 806. O incusa in area. Hoc plumbum fortasse pondus est ; pondo 26 g, 57. — Pondus cum T pentobolon esse videtur :

## CAPIT. II.

### DE VARIIS OPINIONIBUS QUÆ AD TESSERAS PLUMBEAS PERTINENT.

#### I. DE HIS QUÆ MISSILIA VOCANTUR (TESSERÆ MISSILES); AN QUÆDAM TESSERARUM NOSTRARUM SINT MISSILIA.

Arbitratur Visconti <sup>1</sup> nostras tesseræ forsan destinatas fuisse ut populo ad spectacula distribuerentur. P. Garrucci qui hanc quæstionem accuratissime tractavit, putat quædam nostrorum plumborum esse *missilia*.

Usus missilium temporibus Augusti usurpari cœpit. Quum vero pleraque plumba nostra sint ætatis romanæ quumque (etsi desint testimonia) per totum imperium ille mos ex Roma pervagatus fuerit, non alienum erit referre opinionem quæ quibusdam archæologis vehementer placuit.

Memorentur tantum quidam loci quibus pateat quid fuerint missilia. Græci ista vocabant *σύμβολα* et *σφαίρια*  
« Sparsa populo missilia [omnium rerum per omnes dies : singula quotidie millia ovium cujusque generis, multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, ar-

<sup>1</sup> Visconti, t. xiv, p. 17.

gentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta atque etiam mansuetæ feræ, novissime naves, insulæ, agri <sup>1</sup>. »

« Omne genus rerum missilia sparsit, et quia pars major intra populares deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris et senatorii ordinis pronuntiavit <sup>2</sup>. »

Inde quid sibi velit ille Senecæ locus facile intelliges. « Qui aliquid virtute melius putat aut ullum præter illam bonum, ad hæc quæ a fortuna sparguntur sinum expandit et sollicitus missilia ejus expectat <sup>3</sup>. »

De illius usus origine illa refert Dio, « σύμβολα δὲ τινα εἰς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε, (Agrippa) τῷ μὲν ἀργύριον, τῷ δὲ ἐσθῆτα, τῷ δὲ ἄλλο τί φέροντα. <sup>4</sup> »

Ait idem, ut Suetonius, Caligulæ tempore hanc consuetudinem valuisse <sup>5</sup>; Adrianus, eodem auctore, missilia sparsit <sup>6</sup>.

Visconti arbitratur σφαίρια plumbeas nostras tesseras fuisse. Sed asseverat Xiphilinus σφαίρια fuisse lignea; cujus auctoris verba referre operæ pretium est, omnem enim dubitationem solvunt :

Σφαίρια ξύλινα μικρά ἀνωθεν εἰς τὸ θέατρον ἔρριπται σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίου τινός, τὸ δὲ ἐσθήτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων, βοσκημάτων, ἀνδραπόδων ἃ ἀρπάζαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτήρας

<sup>1</sup> Suet. *Nero*, xi.

<sup>2</sup> Suet. *Domit.* iv.

<sup>3</sup> Senec. *Epist.* 89. Cf. etiam Mart. viii. *Epig.* 77. De Vita. *Thes. Antiq. Benet. Dis.* iv, p. 137. Donati *Inscriptio*. p. 262, 6.

<sup>4</sup> Dio, p. 600, 87. Ed. Reimar.

<sup>5</sup> Dio, *Calig.* p. 912, 9.

<sup>6</sup> Xiph. *Domit.* p. 1104. Xiph. *Adri.* p. 1156.

αὐτῶν ἀπενεγκεῖν καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. » (p. 1098.)

Si consideramus ipsas tesseras, quærere debemus :  
1° τὸ σύμβολον, effigiem ejus rei quam dabat tessera ;  
2° τὸ ἐπιγεγραμμένον, inscriptionem rei quæ, monstrata tessera, poterat accipi.

Quid vero in nostris tesseris σύμβολον haberi potest? typos publicos, noctuam scilicet Palladisve caput; deorum insignia, thyrsum, caduceum; vel delphinum avesque et alia ejus generis exhibent. Invenias quidem nonnullis tesseris expressas loricas et gladios; hæc autem rara sunt, nec difficile, ut ostendetur, explicari possunt hujusmodi signacula. Pleraque autem eorum quæ effinguntur nullo modo pro *symbolis* habueris.

Si τὸ ἐπιγεγραμμένον consideramus, nulla reperitur græca inscriptio quæ cum tesseris missilibus congruere possit.

Edidit Ficoroni tesseram cui inscribitur VEST<sup>1</sup>: hoc scilicet *vestem* significare credas, τῷ δὲ ἐσθήτος, τῷ δὲ ἀργύριον, perinde ac si qui tesseram acceperit vestem sortitus fuerit. Hæc vero sola est inter monumenta amplius quam septingenta, ac fere sine dubio aliter explicanda est.

Plumbeum nummum descripsit Garrucci quem tesseram missilem esse arbitratur; hoc vero tantum conjicit; quum nulla re plumbeum illud a cæteris nostris discrepet<sup>2</sup>.

Quod ad convivales sortes attinet, conferas licet locum ubi de istis locutus est Tomasini<sup>3</sup>. De quibus satis est

<sup>1</sup> Caput militis galeatum, in opposito autem latere VEST.

Cf. etiam, t. V, n. 9; Medusæ caput; in parte postica ESC.

<sup>2</sup> Garr. II, 14.

Gladiator ad quem accedit Victoria coronam tenens) (palma; hinc et ind globuli.

<sup>3</sup> Cf. Opus laud. p. 79.



referre testimonium quoddam locupletissimum ut manifestum sit istas cum plumbis nostris minime posse confundi <sup>1</sup>.

« Sortes sane convivales scriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem struthiones, alius decem ova pullina ut vere sortes essent et fata tentarentur, etc. »

II. DE PLUMBEIS NUMMIS; quædamne plumborum nostrorum nummi sint?

Haud vanis argumentis arbitrari licet plumba nostra nummos esse. Suntne nummi tesseræ nostræ? an tantum inter eas nummi quidam inveniuntur? Duplex illud propositum vehementer abhinc fere ducentis annis fuit exagitatam, et recentioribus temporibus (quum nova accesserint monamenta) vehementius in utramque partem lis instaurata fuit.

Etsi hodie plurimum implicita hæc disquisitio videtur, nostamen istam ad quædam proposita redigemus quorum, nostra sententia, hæc sunt præcipua :

1° Num in veterum scriptis, tum apud romanos, tum apud græcos scriptores, de plumbeis nummis mentio fiat?

2° Num plumbea monamenta possideamus quæ manifesto nummi sint?

3° Ut exstiterint plumbei nummi, num tales Romani excuderint?

4° Num excuderint Græci?

I. Nullam veteres plumbeorum nummorum mentionem faciunt. Sæpe laudatus fuit ille Martialis locus (lib. x, epig. 74 <sup>2</sup>)

<sup>1</sup> Lamprid. *Heliog.*

<sup>2</sup> Cf. Etiam, X, 79; 1, 99.

Jam parce lasso Roma gratulatori,  
Lasso clienti: quandiu salutatori  
Anteambulones et togatulos inter  
Centum merebor plumbeos die toto?  
Cum Scorpis una quindecim graves hora  
Ferventis auri victor auferat saccos?

Quid sibi voluerint illi versus Martialis ipse explicat,  
Epig. VII, lib. III<sup>1</sup>:

Centum miselli jam valet quadrantes  
Anteambulonis congiarium lassi.

• Centum igitur plumbea nihil aliud sunt, quam centum quadrantes, id est nummi, quorum singuli quartam assis partem valebant. » Ficor. p. 52. Cf. etiam, p. 54<sup>2</sup>.

II. Constat plumbeos nummos exstitisse.

1° Ante omnes monetam quamdam græcam, diobolon scilicet, nuper in Memphitico Serapeo a Mariette inventam, quam Longpérier et delineavit et illustravit memorabo<sup>3</sup>.

Plumbum per se ad efficiendum nummum valuisse non nego. Siverit tamen vir archæologiæ peritissimus se a me admoneri plumbi istius ægyptiaci modo pondus esse 1 g. 20, quod quidem duo obolos argenti valuisse non credam. διώβολον 1 g. 44 pendebat (Beulé, p. 13.)

Istiusmodi nummos conjicio fictum tantum pretium habuisse quemadmodum usurpantur hodie apud isth-mum Ægyptiacum cuprei nummi societate Borel et Laval-liez vulgati, quibus pretium est 1 f., 2 f., 50 c.

A. de Longpérier laudat Pausaniæ locum<sup>4</sup> quo compro-

<sup>1</sup> De verbis quibus Martialis divitem Calenum vituperat (I. 50) cf. Ficor. p. 55.

<sup>2</sup> Pl. Cas. [Act. II. III. 40. Mostel. III. II. 11. Trin. III. XI. 120. Nummi plumbei per obolos æratos explicantur.

<sup>3</sup> Trouville de Myt-Rahineh.

<sup>4</sup> VII, XXII, 3, 4.

batur quibusdam regionibus morem fuisse diis offerre nummos gentiles, νόμισμα ἐπιχώριον, fortasse effictos; quippe videntur ei nummi memphitici ad religionem pertinuisse : quod quidem et verisimile et isto viro acuminis tam subtilis haud indignum, pro certo non habemus.

Tres præterea plumbeos nummos memorat Longpérier; et ipsi possumus quædam alia monumenta ut illa a docto viro illustrata, typos Ægyptiacos exhibentia, afferre.

Post. II, 265. Isis throno insidens d. m. Horum lactans; in area pone LF) (Figura humi sedens sm. fortasse Nilus. Pondo, gramm. gallic. 3, 314. LF, ut bene notum, tertium annum indicat. Cf. Supra plumbum a Longpérier publicatum.

Post. II, 267. Nilus jacens cum loto in capite d. arundinem, s. cornu copię tenens) (Figura virilis nuda d. m. stans, s. pede saxo imposito, ambabus manibus fascem frumenti transversum tenens, ut videtur, alia figura nuda minore adstante d. m. interposito vase; in area superne LF. Pondo, gram. 3. 4.

Cf. etiam. Post. II, 266.

2° *Reges Numidiæ*. Vir doctissimus Müller qui in ordinem Numidiæ nummos digessit, apud Numidas plumbeos nummos fuisse declarat, cui opinioni assentior. Illius viri eruditissimi verba primum referam : « Les pièces de plomb décrites sous le numéro 36 se trouvent fréquemment dans les environs de Constantine; en 1842 on en découvrit un grand dépôt dans la ville elle-même en creusant les fondements d'un édifice; les musées d'Alger et de Philippeville sont riches en pièces de ce genre. Il est difficile de décider si elles ont été des tessères ou de véritables monnaies, cependant quand on prend en considération qu'elles sont identiques, jusqu'à la légende, aux

*monnaies de bronze et qu'elles ont été fabriquées en grand nombre, la dernière opinion se présente comme plus probable* <sup>1</sup>. »

Argumentis illis a Müller expositis adjicias licet quædam quæ recentissima inventione afferuntur. Novem plumbea numismata prope Romam repertâ fuisse narrat Garrucci quæ exhibent caput barbatum laurea cinctum s. et in postica parte equum currentem s. cum duabus litteris punicis *caph* et *noun*; inter illa III erant stannea quæ eundem typum præbebant <sup>2</sup>.

Liquet hæc plumbea et stannea numismata, quorum typus sine dubio publicus esse videtur, nummos esse. Ita sentit P. Garrucci, nec aliter ipsi sentimus, opinionemque doctissimi Patris variis argumentis confirmare possumus.

1° Scilicet quod plurimi sunt nummi, omnino inter se similes, in eodem loco simul reperti.

2° Quod plumbis sæpius in Numidia inventis non ab-similes esse videntur.

3° Quod eundem typum quem argentei æneique Numidarum nummi exhibent.

3° *Apud Gallos*. Plumbum quoddam apud Alesiam inventum publici juris fecit A. de Longpérier, qui de illo doctissime disseruit. Vulgo credunt eruditi plumbeos nummos in Gallia exstitisse et hanc seriem afferunt :

<sup>1</sup> *Numismat. de l'Ancienne Afrique*, p. 31.

Cf. etiam : *Revue Afric.* t. V, p. 364.

Roger : *Catalogue du Musée de Philippeville*, etc.

Duchalais : *Mémoires de la Société des Antiquaires de France*, t. I. Judas, *Revue numis.* 1856, p. 391.

<sup>2</sup> Garrucci, t. XV, 6.

1° Longpérier <sup>1</sup>. Plumbum prope Alesiam repertum. Mercurius nudus caduceum et sacculum tenens, sub ædicula ALS, quæ litteræ *matres lectionis* pro ALISIENS esse videntur.

2° Idem typus; plumbum in eodem loco repertum <sup>2</sup>.

3° Gustave d'Amécourt. *Monnaie de plomb de l'atelier de Perthes*. Mercurius loculum et caduceum tenens; in area gallus gallinaceus) (Palma et circum PERT. <sup>3</sup> (pagus Pertensis).

4° Duchalais. *Description des médailles gauloises de la bibliothèque royale*. Paris 1848, p. 104. Apollo) (Leo ut in Massiliæ numismatibus.

5° Deville <sup>4</sup>. Caput d. respiciens) (equus sin. gradiens; in area tres globuli.

6° Id. caput. d. respiciens) (animal grad. d. forsan.

7° Plumbum prope *Gorzun* repertum litteras NASI (Nasium) exhibens, sus: infra funiculi inter quos tres globuli. Hoc plumbum quod mihi videre non contigit, brevius in *Diario rei nummarie* describitur <sup>5</sup>.

8° Plumbum Rhodæ nummorum typum exhibens (Duchalais l. l.)

9° Mont-Berny. Plumbum a Longpérier descriptum <sup>6</sup>. Jupiter et Vénus) (ramus MEDIOL (anensium).

10° Hercules et Fortuna; in area tauri caput) (MED—L. III. Quod nonnunquam fuerunt plumbei nummi apud

<sup>1</sup> *Rev. Num.* 1861, p. 252.

<sup>2</sup> *Rev. Num.* 1862, p. 167.

<sup>3</sup> *Rev. Num.* 1862, p. 167. Hoc plumbum edidit primus Boilleveaux: *Pèlerinage à Saint-Léger-en-Perthois*. (Chaumont 1849).

<sup>4</sup> *Revue Num.* 1846, p. 165.

<sup>5</sup> 1862, p. 169.

<sup>6</sup> *Sur les monnaies de plomb*, etc.

quosdam populos, non ideo tales apud Romanos usurpati sunt; contra autem nobis videtur.

Anno 1861 P. Garrucci arbitratur plumbeos nummos Romæ usurpatos fuisse. Anno 1847 longe aliter sentiebat. Sestini et Mionnet plumba, Tusculi, Lanuvii, Bovillæ reperta, inter urbanos nummos reposuerunt.

Romanorum plumborum tria genera sunt :

1° Ea quæ ad urbes Latii pertinent et præ se urbium illarum vel insignia vel nomina ferunt <sup>1</sup>.

2° Ea quibus imperatorii typi imprimuntur.

3° Ea quæ plus minusve plerisque plumbis græcis similia sunt <sup>2</sup>.

De primis nihil quod dicam habeo, quippe quæ accuratissime P. Garrucci illustraverit <sup>3</sup>. Ostendit scilicet ea pro nummis haberi nullo modo posse. Ipsius dissertationem conferas licet.

Illa plumba tertii generis nummos non esse ulterius demonstrabitur.

Supersunt secundi generis plumba de quibus P. Garrucci in dissertatione sua disputavit. Asseverat vero P. Garrucci nummos fuisse, non probat; nullum enim affert argumentum <sup>4</sup>; cui ut assentiremur, necesse foret :

1° In his plumbis signum ad pretium nummorum pertinens, inveniretur.

2° Reperirentur multa plumbea numismata omnino

<sup>1</sup> Cf. Cap. vi.

<sup>2</sup> De quibusdam aliis quæ non in illa divisione continentur. Cf. infra. Cap. vi.

<sup>3</sup> Diss. I.

<sup>4</sup> 1861.

<sup>5</sup> « Le fait est que nous sommes forcés de reconnaître dans certains de ces plombs des monnaies véritables quand même les types ne se voient sur aucun des trois métaux l'or, l'argent et le bronze, » — p. 403.

nummis similia, nec aliud insigne nisi ad nummos perti-  
nens præbentia.

Longe autem aliter de plumbis a P. Garrucci editis res  
se habet. Cæterum illa monumenta quæ nos tesseras, non  
numismata fuisse credimus, nummis illis qui *contorniati*  
dicuntur sunt simillima. Animadvertas igitur licet, si  
plumba nostra nummi sint, necesse esse pro nummis *con-*  
*torniatis* habeantur : cui cuidem opinioni nullus eorum  
qui rei nummariæ student assentiri posset.

IV. De ista quæstione num inter plumba græca nummi  
sint, hæc Salinas :

« Non e punto mia intenzione quella di ritornare sulla  
quistione tanto dibattuta della esistenza di monete di  
piombo ; poiche sono fermamente convinto che se da un  
lato nulla impedisce di esaminare filologicamente i testi  
degli antichi scrittori in quel proposito, per quel che ri-  
guarda la parte veramente archeologica, prima di abban-  
donarsi a congetture, val melio di munire e studiare i  
monumenti stessi che si rimangono. Ciò, specialmente  
pe' piombi greci, non si e ancor fatto; e chiunque ha  
veduto per poco l' enorme quantità di piombi a forma di  
monete che si trovano in Grecia, non può non istimar  
prematura una ricerca che non possa trar profitto di  
questi elementi ancora sconosciuti. » P. 24, 1866 <sup>1</sup>.

Et quidem aliquot annis ante atque etiam anno 1866,  
quæstionem in dubio fuisse, non est infitiandum; hodie  
vero solutio afferri potest.

Animadvertas licet.

1° Plumba græca raro nummarias effigies præbere et

<sup>1</sup> Quum hæc scriberet Salinas non cognitum habebat opusculum primum de  
plumbis græcis quod eodem anno edidit Postolaka. Anno 1865 vix quædam  
plumba græca juris publici facta erant.

sæpius cum illis typis impressa habere insignia quæ nullo modo ad civitatem pertineant.

2° In nullo istorum inscriptionem inesse quæ, quod sit illorum pretium, indicet.

3° Inter se omnino diversa esse, quod vix intelliges si nummi sint.

4° Me omnino non potuisse plumba, quibus publici typi imprimuntur, in diversas series secundum modulum et pondus distribuere, nec invenisse inter pondus et insignia relationem illam quæ sæpius in nummis deprehenditur.

5° Præbere ea plurima signa quæ intelligi nequeant si nummi sint, quæ autem, si tesseras credideris, facillime plerumque explicantur.

Superest ut perpendamus duas opiniones ad eas quas jam exagitavimus, pertinentes : quarum prior nunquam in editis operibus exposita fuit; quum vero Athenis commorarer, sæpius huic assentientes audivi antiquarios magnæ sane auctoritatis, quippe qui veterum monumenta percallerent. Posteriores Bar. Prokesh d'Osten tuerentur.

Judicibus nonnullis antiquariis atheniensibus, plumba nostra nummarii typi sunt; hos nummularii et mensarii in tabernis habebant quibus nummos sibi allatos compararent.

Acute sane opinantur, quanquam iis assentiri nequeo. Agnoscas enim necesse est pleraque nostra plumba ad hunc usum adhiberi non potuisse. Quod attinet ad ea quibus publica signa impressa sunt, attendant athenienses antiquarii omnes typos servatos (si unum alterumve excipias) fuisse eosdem ac typos nummorum argenteorum qui Athenis erant in usu; isti vero typi adeo noti erant ut nullus fuerit mensarius qui istos in taberna conserva-



verit. Addas licet modulum pondusque plumborum nostrorum nummariis modulis ponderibusque minime esse similia.

Nec ideo præclarissimo viro Prokesh d'Osten <sup>1</sup> omnino assentiar. Arbitror equidem, ut ille, plumba nostra aliquando nummarium pretium habuisse, exempli gratia plumbum a Mariette inventum; attamen non possum credere hoc non nisi raro fuisse. Etenim si ficticium pretium plumbum habuit, necesse est istud pretium semper plumbo adscriptum fuisse. Quod quidem *semel* tantum reperitur. Afferas licet alterum exemplum, incertum sane; plumbum scilicet a Ficoroni editum quod litteras OBB exhibet. Si quis vero interpretetur *ὄβολοι δύο*, quibus argumentis ea opinio confirmetur? Quid, si istiusmodi alia plumba non reperiuntur <sup>2</sup>?

### III. — DE THEATRALIBUS TESSERIS.

Plumba nostra nonnulli crediderunt, inter quos Sestini primum locum tenet, et tesseras esse et ad theatrum pertinere.

Tesseras, sine dubio theatrales fere omnes eburneas quidam archæologi et juris publici fecerunt et luculenta disputatione illustrarunt, quorum opuscula, si velis hujus generis monumenta penitus perspicere, consulenda sunt. Exempla tantum afferam; deinde quæ sint semper, sententia mea, theatralium tesseractum et species et forma breviter explicabo.

— In Museo Depoletti <sup>3</sup>; tessera eburnea. Feminæ caput velatum.) (ΠΙCΤ-ΙΔ-ΧΙΙΙ).

<sup>1</sup> Post. II. Initio.

<sup>2</sup> De Baudeloti (*Utilité des voyages*, l. 1.) sententia qui plumba romana nummos fuisse credit, illos autem diebus tantum saturnalibus usum obtinuisse existimat, cf. Ficoroni, p. 55.

<sup>3</sup> *Bullet. dell' Institut. di Corresp.* 1859.

— VERECVND.) (XII.

— Cuneus cum numero I.

— Arietis caput) (III.

— In Madriti bibliotheca publica <sup>1</sup>. Gladiator sine barba.)  
(XIII -APHC-IA).

— Pitt. d'Ercol. t. IV, p. 111, ΗΜΙΚΥΚΛΙΑ-ΧΙ-ΙΑ, sine dubio IA legendum est.) (Theatrum cum turre <sup>1</sup>.

Duas tesseras ineditas quas Beryti a. 1868 in Peretiano Museo delineavi, exemplorum finem faciens, describam.

— Tessera eburnea forma rotunda. Persona comica  
(VII-KOPMINH-Z).

— Id. Theatrum; cf. Wieseler, p. 58.) (VIII ΦΑΜΟΛΗC-H, hæc monumenta in Syria reperta.

Quod si et illa quædam monumenta et alia quæ antiquarii illustrarunt <sup>2</sup>, accurate perspicies certum habebis :

1° theatrales tesseræ semper numerum quemdam præbere quo vel cuneus vel cavea indicetur.

2° in illis nomen quoddam inscribi vel ad fabulæ titulum vel ad theatri quamdam partem pertinens.

Quæ quum ita sint, inter plumba nostra nullum reperies quod cum tesseris sine dubio theatralibus conferri possit.

Plumba tamen nonnulla, latina autem fere omnia, theatralia esse non nego :

Garr. 1, tab. II, f. 13. Gladiator cum leone pugnans COTEP.) (Gladiator fere omnino similis.

Id. f. 14. Duæ personæ plaudentes MCI.) (Gladiator galeatus scuto et gladio armatus. Magnus circus.

Alia his similia.

Illæ autem plumba, ut numismata *contorniata* dicta, non

<sup>1</sup> Hubner. *Tessere theatrali. Bulletino.*

<sup>2</sup> Cf. Wieseler, opus laud. p. 38.

tesseræ sunt, nummi tantum ad rerum theatralium memoriam conflati. Doctissimo viro Eckhel de illis numismatibus *contorniatīs* disserenti plane assentior<sup>1</sup>.

Nunc de plumbo quodam græco, sane multi pretii, quid sentiam facile intelliges.

Post. II, 732. Tres personæ tribus basibus encarpis exornatis impositæ; persona media adversa; aliæ duæ sese invicem aspicientes; in area superne ΘΕΟΦΟΡΟΥ, inferne ΜΕΝΑΝΑΡ: omnia inter circulum ex globulis contextum.

Si figuram inspicias a Postolaka delineatam, hoc plumbum nummis *contorniatīs* omnino simile esse pro certo habebis.

Ut ait doctus editor<sup>2</sup> Menandri fuit fabula quædam cui titulus erat Θεοφορουμένη<sup>3</sup>. Plumbum autem nostrum cui nec numerus nec nomen caveæ vel cunei inscribitur non tessera est ad usum spectator qui hanc fabulam in Bacchi theatro visurus erat, numisma tantum ad hujus fabulæ memoriam elaboratum.

#### IV. — DE QUIBUSDAM ALIIS TESSERIS.

*De tesseris militaribus.* Tum ad pugnam euntibus tum illis qui excubias agebant tesseram dare apud antiquos usitatum fuit, de quo genere tesserarum nullus, Tomasino excepto, ut videtur, conquisivit. (Op. laud. pag. 70.)

<sup>1</sup> Eckhel, t. VIII, p. 277, 293 et 311. De usu contorniatorum.

Sigebert Havercamp (Leyden, 1722, in-4.) LX nummos contorniatos descripsit et illustravit.

Ducange: De inferioris ævi numismatibus, § 44.

Mahudel. Académie des inscriptions et belles-lettres, t. V, pag. 284.

Mangeart, qui Mahudel dissertationem rursus edidit. Introduction à la science des médailles. — Sabatier: Description générale de médaillons contorniatos.

<sup>2</sup> Post. II, p. 310.

<sup>3</sup> Meineke, *Menandri reliquæ*, Berolini 1823, p. 78.

It bello tessera signum (Æn. vii, 637<sup>1</sup>.) Cæteris omnibus dari tesseram jussit. (Liv. vii, 35<sup>2</sup>.) Tesseram bellorum signum ut hospitem tesseram diximus (Luctat. gramm. ad lib. vii Thebaid. Statii).

Tesserarii, Vegetio auctore, erant qui tesseras per contubernia ferebant; tesseram græci σύμβολον vel σύνθημα dicebant. (Eurip. Rhes. 573.) Tessera, duntaxat duplex erat, *muta vocalisve*; muta sine dubio quum symbolum quoddam militibus daretur, vocalis quum verba modo.

Vocales nonnullas antiqui scriptores nobis servaverunt. Exemplo sint: Cyri minoris *Jupiter servator et victoria*; in castris Cæsaris, Appiano auctore, tum *Venus genitrix* tum *felicitas et victoria* tesserae fuerunt: *bene valete χαίρετε* adversus Galatas militantibus ut signum dedit Antiochus; quinto anno seditio facta, regnante Justiniano, et eadem celeberrima, a tessera quadam, quæ erat *victoria, νίκη*, apud posteros nomen habuit. (Cf. Tomasini l. l.)

Quæ quum ita sint, (multa exempla quæ referre supervacaneum est omitto) dubium est an non inter tesseras nostras græcas quædam militares sint. Illarum enim nonnullæ, verba quæ vocales tesseras fuisse scimus asservant: vox NIKH non raro illa monumenta inspicienti occurrit; sæpius victoria alata, tum palmam præferens, tum coronam, tropæum, corona, lauri ramus, et nonnunquam χαίρετε.

Si autem quid de mutis tesseris antiqui dixerint, perpendimus, hanc falsam opinionem facile explodendam

<sup>1</sup> Serv. ad vers. 637. In exercitu Marii Lar Dæus, in Sullæ Apollo Delphicus. Sil. ital. 15, 478; 7, 347. Stat. Theb. 10, 17.

<sup>2</sup> 27, 46; 36, 9, etc. Plin. VII, 56, 57. Lipsius. *De milit. Rom.* l. v. c. 9.

<sup>3</sup> II, 7. Tacit. *Hist.* I, 25, Grutter 550.

esse pro certo habemus, militares tesseræ πλατεῖον<sup>1</sup> Polyb. appellat quo perspicimus tesseræ illas tabellis haud absimiles fuisse, vel ξυλήφιον<sup>2</sup> quo nomine lignum indicatur; nonnunquam etiam græci pro tesseris cubum κύβον usurpant. Quibus argumentis hoc quod mea quidem sententia non minus valet, adjiciam, tesseræ illas quæ leviter insipienti militares videri possunt, plurimis cæterarum quarum sensum usumve illustrabo, omnino similes esse.

Nullam ex græcis tesseris mutis usque ad hoc tempus descriptam fuisse credo; uni itaque nuper repertæ, quam in Museo societatis archæologicæ atheniensis vidi, pauca verba impertiri operæ pretium est. Cretacea est, rubra, et eleganter perpolita; ambitus circularis tempore haud deformatus fuit. In circulo hæc verba inscribuntur. ΑΝΤΙΑΔΡΟΣ ΘΡΗΙ ΗΠΗΑ Ἀντιδωρος Θρη(άσιος) Ἱππ(αρχος,) Hic sine dubio mutæ tesseræ exemplum habemus (Cf. Revue arch. 1870. *Tessère militaire du Musée d'Athènes*).

*De hospitalibus tesseris.* Inter plumba nostra nullam hospitalem tesseram reperiri, pro certo habendum est. Quod si dubium habeas, qui hujusmodi monumenta illustrarunt dubitationem tollent.

Cf. Tomasini op. laud. — Corpus inscript. Græc. n<sup>o</sup> 5496 tessera eburnea Ἱμύλων Ἱμύλωνος — N<sup>o</sup> 6778. Σύμβολον πρὸς Οὐέλαντιους de quo æneo symbolo recenter amplissime disseruit Chabouillet: quot auctores Montfaucon, Caylus, Marion du Mersan, Starck, Becker, Braun, Mandet, Arnaud, Aymard, etc., hoc symbolum explicare tenta-

<sup>1</sup> Polyb. vi, 34.

<sup>2</sup> Polyb. vi, 35.

verint apud eum vide. Siebenkees. *Exposit. tabul. hosp. ex ære antiquis. in Museo Borgiano asservat.* Roma 1789, p. 15. Villoison, *Anecdota*, t. II, p. 162. Cf. etiam Mazochii operis jam laudati exemplar quod in Instituti bibliotheca nunc asservatum, ante fuit ex libris Villoison: in fronte libri: Exemplum tesseræ hospitalis etc... — Egger: *Observations historiques sur les formules de l'état civil chez les Athéniens. Mémoires d'histoire ancienne*, pag. 105. — Becker: *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden in Rheinlande*, t. XXXII, p. 93. Monumentum sub primo numero inscriptum. — Plumborum autem nonnulla hospitalibus tesseris vel concordiae signis non sunt omnino absimilia. Pleraque enim *dextram* exhibent. Cf. Postol. II, Art. n° 659, 667. Dum. n° 148. Hunc Taciti locum sæpe usurparunt antiquarii: « Miserat civitas Lingonum, *vetere instituto*, dona legionibus dextras, hospitii insigne » (Hist. I, 54.) et infra. (Hist. II, 8). « Centurionemque Sisennam, dextras concordiae insignia Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem. » De aliis locis quos cum illis comparare operæ pretium est, cf. Chabouillet opus laud. p. 167, 168.

Non diu in hoc morabimur: hoc vero satis erit si quædam exempla quæ tum inspicienti monumenta figurata, tum inscriptiones, occurrunt, referam et breviter illustrabo.

1° In tabulis heracleensibus *dextra* privati civis, sigillum est. (Cf. infra cap. III).

2° Dextras conjunctas sodalitia nonnunquam ut symbolum habent. Garrucci. *Piombi Antichi*, tab. 1, fig. 14; tab. 11, fig. 10.

3° In tesseris nostris *dextra* tum cum litteris IIEN quarum sensum illustrabo (cap. V), tum cum spica aliisque

attributis quæ non ad hospitalitatis usus pertinent, insculpitur. Post. l. l. n° 660 et 666<sup>1</sup>.

*De tesseris frumentariis.* — Civibus annonas, vinum, oleum frumentumque vel nummos publice distribuere, ut nemo non scit, apud antiquos moris fuit. De quibus divisionibus nil novi quod dicam habeo; materies enim trita fuit et obsoleta<sup>2</sup>. Tesserarum autem quum multæ ad tempora romana pertineant, an inter illas quædam frumentariæ sint, breviter quærere ad mei opusculi propositum spectat, cui quidem indagatiōni tanto magis immorabor quod nonnulli, nescio qua de causa, tesseras frumentarias nonnunquam plumbeas fuisse crediderint. (Garrucci op. laud. pag. 11. *Delle tessere frumentarie e se i nostri piombi possano considerarsi come tali*<sup>3</sup>.)

1° Apud scriptores antiquos nullus est locus quo tesseras ad frumenti publicas divisiones factas esse plumbeas videamus.

2° Si tum scriptores tum marmora consulimus, *diebus certis a magistratu certo* annonam distributam fuisse intelligimus.

3° Tesseras frumentarias habemus; in illis nomen civis qui sportulam accipiet et dies qua accipiet, insculpuntur; quibusdam titulis, non modo et nomen civis et diem, sed etiam sæpe locum ubi fieret divisio nec non magistratum qui illi præesset, in tesseris inscripta fuisse conjicimus.

<sup>1</sup> De dextris in numismatibus, cf. Prynnessi, Alexandriæ, Pæsti, etc., numismata. Mionnet, t. I, n. 91, p. 370; t. IV, p. 354, n. 907, t. VI, n. 118, 126, 129. Cohen, *description des médailles impériales romaines*, t. VII. — Blacas, *essai sur les médailles autonomes romaines de l'époque impériale*. Revue numis. 1862, etc., etc.

<sup>2</sup> Marini, *Frati. Arv.* p. 695. Donati, *Inscr.* 262, 6. Juv. VII, 174. Mart. VIII, 78. Suet. *Aug.* 40, 41. Pers. 5, 74, etc.

<sup>3</sup> Rupert: Adnotationes ad Juvenal. Sat. VI, 179 et sequent.

Quæ cum ita sint, tesseras nostras diligentissime volvas et evolvas licet, nullam quæ frumentaria videri possit invenies. Si quidem adhuc quod dubites habeas cf. Borghesi: *Bullettino di Corrispondenza Archeologica*, anno 1834: *Notice sur le musée Dodwell*, n° 49. Bol-detti: *Osservazioni sopra i sacri cimiteri*, p. 509. Keller-mann, *Vigiles*, 22, 12, et de plumbo quidem Borgiano quod Cardinali frumentaria tessera esse videtur. Garrucci op. laud. p. 16; cui viro erudito plane assentimur.

Ultimum argumentum afferam: sæpe frumentarias tesseras vel ad hæredes translatas vel extraneis venditas fuisse Gutherius ostendit<sup>1</sup>. Quas quidem nummulos non fuisse nec civis cujusdam nec, magistratus nomen incisum præferentes, fatearis necesse est.

<sup>1</sup> *De offic. Domus Aug.* lib. II, cap. XI. *Juven. Satir.* VII, 176. Cf. etiam locos quos Tomasinus laudat emendatque, *op. laud.* p. 49.



### CAPIT. III.

#### DE TESSERIS QUÆ PRIVATORUM SIGNACULA EXHIBENT.

Plurimas tesseras nihil aliud quam privatorum civium symbola (*διακριτικὰ ἐπίσημα*) exhibere credo. Argumenta quibus sententia mea comprobari potest e quatuor fontibus præcipue hauriuntur :

- 1° E mercatoriis plumbis.
- 2° E tabulis Heracleensibus.
- 3° E tetradrachmis atheniensibus.
- 4° E tesseris in quibus insigne cum nomine quodam privato alludit.

#### I

Mercatoria plumba sine dubio tum civitatum tum privatorum signacula (*ἐπίσημα*) exhibent. Hoc manifestum fecit Salinas cui assentitur quicumque rebus antiquis studet. Quid enim aliud in illis monumentis effingi potest ?

Quæ quum ita sint, symbolos quos mercatoria plumba

exhibent cum illis qui in tesseris nostris figurantur, conferre operæ pretium est; inter illos maximam similitudinem esse facile manifestum erit. Exempla afferam quibus hanc similitudinem nec vanam nec parvam, plenam autem esse, non dubitanter intelliges.

Plumba Merc. Sal. II, 10. Delphinus. — Tesseræ. — Post. II, 388 et seq. Nonnullæ tesseræ *delphinum* præbent vario modo figuratum, quod tesseræ ad diversos cives pertinent, tum cauda elata (348), tum cauda demissa (342), tum solum, tum cum clava (343), aut tridente (349).

Pl. Mer. Sal. II. Capra. — Capram equidem in tesseris nostris non habemus, multa autem alia animalia, (336), aprum (310 et seq.), bovem (323), canem (331), catellum hircum (354), etc.

Pl. Merc. Sal. II, 12. Satyrus. — Satyrum nonnullæ præbent tesseræ (211).

Pl. Merc. Sal. II, 13. Victoria. — Quoties victoria in plumbis nostris effingitur! Post. II, 225, 246.

Quod si tesseras quæ typis singularibus notari videntur consulis, eadem est similitudo. Anatem vel palustres aves quædam tesseræ præbent (Post. II, 377). Eiusdem generis symbolos in mercatoriis plumbis reperimus (Sal. II, 16). Nonnunquam monumenta nostra inspicienti occurrunt ornamenta in plumbis expressa, tum ex quinque foliis composita in duas helices desinentia (Post. II, 691), tum ejusdem generis sed inter duas lineas curvatas in modum cornu (Post. II, 693, 696, alia sunt adhuc. Cf. Post. II, 697, etc.) Quid sibi velint illæ figuræ, primum ambigitur; si mercatoria plumba inspicias, easdem figuras pro symbolis usurpatas fuisse vides (Sal. II, 19), vel deorum hominumque capita ut in tesseris nostris invenimus (Sal. II, 12, 25), alia exempla afferre possim; quid multa?

In Attica, ut supra dixi, reperiuntur plumba mercato-

ria; quæcunque vidi, multa profecto inedita quidem, cum tesseris semper contuli; eosdem fere semper typos exhibent. Quædam capit. I descripsi; tesseris, si typos consulis, non sunt absimilia; quæ collatio multo facilius fiet cum attica, non sicula modo, mercatoria plumba accurate delineata habebimus.

Monogrammata, quod non est omittendum, ut tesserae, mercatoria plumba præbent, tum sine insignibus, tum cum variis figuris conjuncta. Nihil tamen habent sigilla a mercatoribus usurpata quod tesseras inspiciens non reperias.

## II

Nemo est rerum antiquarum peritus qui nesciat quanti momenti sint tabulæ illæ celeberrimæ, sæculo proxime elapso repertæ, quæ Heracleenses dicuntur. <sup>1</sup> Illas sæpe eruditi et publicarunt et illustrarunt. Quas si consuleris, secundum unum quodque civis vel magistratus nomen illorum signacula inscripta fuisse videbis. De illis signaculis primus disseruit Mazochius. Quum enim sæpe duo vel plurimi cives idem nomen haberent, unius cujusque insignia indicare non inutile erat. Ut bene notum est, in tabulis illis cives inscribuntur qui agrum publicum conduxerant, cujus agri inspectores fuisse haud incertum est. Et magistratus et cives, symbolo tantum monstrato, sese invicem facile agnoscebant.

Tabularum autem locos quosdam hic referre operæ pretium est.

Polianomi.  $\overline{\alpha}$  ἀνθεμα, Φιλώνυμος Φιλωνύμου.

<sup>1</sup> In iis tractandis haud pauca mihi tribuit F. Lenormant.

	$\overline{\alpha}$	ἔμβολος, rostrum navis, Ἡρακλείδας Τιμοκράτης, v. 166.
	$\overline{\alpha\sigma}$	βότρυς, Τιμαρχος Νίκωνος.
	$\overline{\Gamma\epsilon}$	ἄνθεμον, Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίω, v. 95.
Finitores.	$\overline{\Gamma\epsilon}$	τρίπους, Φιλώνυμος Ζωπυρίσκω
	$\overline{\mu\epsilon}$	καρύκειον, caduceus, Ἀπολλώνιος Ἡρα- κλήτω.
	$\overline{\alpha\iota}$	πέλτα, Δάξιμος Πύρρω.
	$\overline{\kappa\nu}$	θρίναξ, Φιλώτας Ἰστιεῖω.
	$\overline{\pi\epsilon}$	ἐπιστύλιον capitulum columnæ, Ἡρα- κλείδας Ζωπύρω, v. 3-7-96-98.
Scriba.	$\overline{\Gamma\epsilon}$	γυῖον, Ἀριστόδαμος Συμμάχω, v. 187.
Conductores.	$\overline{\mu\epsilon}$	κιβώτιον, Βορμίων Φιλώτα, v. 180.
	$\overline{\alpha}$	ἔμβολος, Δάμαρχος Φιλωνύμω, v. 182.
	$\overline{\Gamma\epsilon}$	γυῖον, Πεισίας Λεοντίσκω, v. 183.
	$\overline{\alpha\lambda}$	λωτήριον, Φίλιππος Φιλίππω, v. 184-185.
Prædes.	$\overline{\mu\epsilon}$	κιβώτιον, Ἀρκᾶς Φιλώτα, v. 181.
	$\overline{\kappa\nu}$	σφαιρωτῆρες, lora calceorum, Ἀριστό- δαμος..., v. 184.
	$\overline{\pi\epsilon}$	καρύκειον, Ἀπολλώνιος Ἡρακλήτω, v. 185-186.

Inde autem nondum manifestum fit symbola quæ in tabulis Heracleensibus describuntur tesseræque nostras rem unam esse. Omnem dubitationem tolles si modo inter se et signacula et monumenta nostra conferre instituas : insignia enim, vel maxime singularia, quæ tesseræ exhibent in tabulis reperiuntur.

1° Ἄνθεμα. — Flores. — Tesseræ multas habemus in catalogis florem, floris calices, plantam vel ramos exhibentes.

Post. II, 505. Duo flores in area orbiculari leviter incusa.

Post. II, 497. Flos expansus quatuor petalis.

Id. 496. Flos expansus septem petalis, etc.

Dum. 155. Flos et alia exempla loc. laud.

2° Ἀνθεμον. — Cf. supra, 1.

3° Ἐμβολος. — Rostrum navis.

Post. II, 669. Rostrum navis sine acrostolio.

Id. 670. Navis dimidia pars rostrata et *oculo* exornata cum acrostolio. Cf. id. 671, 672, 673.

Id. 674. Pars eadem navis, cum septem remis. Cf. 675, —677 et Dum. 165, — 168.

4° βότρυς. — Uva Cf. Post. II, 467, — 482. Botrus in ramo trium foliorum; — Botrus inter palmæ ramum et spicam; Botrus in pediculo et spica; — Botrus; ad sinist. granum hordei; — Botrus in pediculo; — Dum. 198, etc.

5° τρίπους. — Tripus.

Post. II, Tripus ὠτίτης, etc... Dum. 187.

6° Καρύκειον. — Caduceus.

Post. II, 568, 572, etc. — Caduceus alatus. — Caduceus et Thyrsus decussatim positi, etc.

7° πέλα. — Pelta, scutum parvum.

Dum. 173. Tres tesseræ scutum parvum exhibentes.

Dum. 197. Post. II, 584, 594.

8° Θρίναξ. — Tridens. Post. II, 752, 756. Tridens sine baculo, — cum baculo, — lemniscis exornatus. Dum. 163, 200.

9° ἐπιστόλιον. — Capitulum columnæ. Post. II, 596. — Columna. — Id. 596\*\* . Columna cum super imposita protome equi dm. Cf. 596\*\*\*.

10° γυίον. Membrum, — pes, manus, etc. Post. 659. Manus dextra, 661, 664. Manus sinistra, 665. Manus dex-

tra cujus index et pollex aliquid tenent. Dum. 148. Cf. etiam. Dum. 147 et 151. Post. 666, 667.

— Pes humanus sinister, ut videtur, intra coronam. Post. II, 733.

Pedis humani dextri vola. Post. II 734.

Dum. 149. Pedis dextri, ut videtur planta.

Crus humanum dextrum cum pede. Post. II, 621.

Id. 622, 623. Crus humanum sine pede.

Dum, 150. (Cf. Tabu.) Crus s. m.

Sine dubio tesseras nostras inspicienti hoc insigne, membrum scilicet, mirabile esse videtur. Quid sibi vult manus in tessera delineata? quid sibi volunt vel pes vel crus, vel brachium? Quod si nummos consulis, quod si scriptores evolvis, nihil dignum quod referatur invenies.

Tabulas heracleenses inspicienti fit lux clarissima. Sæpe manus, non raro pes et crura pro insignibus usurpata fuisse certum est. Ipse fateor, quum illis plumbis operam dare inciperem, ejusmodi signacula quin nihil certi invenirem obstabant. Tabulis autem Heracleensibus inspectis, monumentorum illorum sensum perspicere statim incepti.

### III

In Atheniensium tetradrachmis prope noctuam symbolos effingere usitatum fuit. Neminem fugit quam acriter de symbolis illis disputaverint sæpe antiquarii. Plerique censuerunt symbolos istos sigilla fuisse magistratus qui rei nummariae singulis annis præerat, et cujus nomen semper in nummis locum secundum obtinet. Putat autem, nummorum atheniensium recentissimus indagator Beulé, illud non congruere cum religiosa gravitate qua

apud græcos cuncta ad civitatem pertinentia agebantur, quod magistratui licuerit nummis sigillum imprimere. Cogitur tamen fateri vir ille rerum antiquarum peritissimus mutari quotannis symbolum cum nomine secundi magistratus. Cæterum quid fuerint symboli minime explicat. Quamvis acutissime disputaverit Beulé, non ejus sententiam secuti sunt rei nummariæ judices. Liceat igitur de ista re veterem opinionem retinere. Forsan et aliquid roboris huic opinioni addent ea quæ afferemus.

Hoc enim plurimum habere momenti nobis videtur, quod nostris tesseris sæpius symboli tetradrachmorum atheniensium inscribuntur : quod quidem simplicissime explicari nostra quidem sententia potest, quum tesseris nostris signacula civium et magistratum imprimantur, neque symboli nummorum atheniensium aliud omnino sint.

Si quis consideraverit paucissima superesse tetradrachma et tesseræ plumbeas græcas non ante annum 1866 colligi cœpisse, fatebitur sine dubio collationem quam instituimus plurimum momenti habere.

1° Symbolum primum illustrabimus quod athenienses nummi soli exhibent, Moschionis dico. Si vis tesseram quam (num. 101) delineavimus inspicere, duas figuras viriles sinistrorsum gradientes videbis, quas illis in Moschionis tetradrachmis effectis haud absimiles esse certum est.

De figuris illis disseruit Raoul Rochette cui Beulé assentitur<sup>1</sup>. Hic statuam celebrem habemus quam Aristogitoni Harmodioque, Pausania auctore, Athenienses con-

<sup>1</sup> Raoul Rochette : Mélanges de numismat. et d'antiq. p. 144.  
Beulé, Tétradrachm. Mentoris et Moschionis, p. 113.

secrarunt<sup>1</sup>. Aliud credit Cavedoni, qui de figuris illis nonnulla, docta quidem, sed, nobis ut videtur, non probanda, in duobus opusculis exposuit<sup>2</sup>. Nobis autem satis est ad propositum nostrum, in tessera ut in nummis, figuras omnino similes reperire. Inde videtur plumbum, de quo hic agitur, Moschionis ἐπίσημον exhibere.

2° Aliud autem exemplum majoris momenti afferre licet. Ἀρμόξενος, magistratus monetæ conflandæ præpositus, in tetradrachmis pro symbolo habet delphinum et tridentem decussatim positos<sup>3</sup>. Eamdem figuram quædam tesserae exhibent, nonnullæ separatim tum tridentem tum Delphinum habent; hic conjunguntur. Quod autem maximi pretii esse credo, in tessera symbolo litteræ adscribuntur AP, quas Ἀρμοξένου nominis initium esse crediderim.

3° Thyrsus lemniscis exornatus: Beulé, VII ser. monog. magistratus nomen ignotum. — Post. II, 748, 749.

4° Clava nodosa, Beulé VIII, ser.; mon.; nomen incertum cujus litteræ primæ fortasse ΠΩ. — Post. II, 576, 578.

5° Cornu copiae. — Beulé IX ser. p. 164. — Magistratus nominis litteræ primæ AN, ut videtur. — Post. II, 600, 604.

6° Spica in caule bifoliato. — Beulé, X Ser. — Tesserae plurimæ spicas, sed fere semper variis figuris delineatas exhibent; tum spicam sine foliis, tum serpente circumvolutam, vel duas spicas decussatim positas. — Post. II, 524, 529. — In tessera quadam spica in caule bifoliato

<sup>1</sup> Theophrastus, *Therap.* VIII. Plin. *Hist. nat.* XXXIV, 19, 21. Arriani *Alexandri Exped.* III, p. 396. Paus. I, 8.

<sup>2</sup> Osservazioni sopra... p. 15. — Nuovi studii... p. 32.

<sup>3</sup> Beulé, p. 335.



effingitur; inde et nummos et plumbum nostrum insigne idem præbere credimus.

Quis sit magistratus non liquet: MAT...De tempore cui referendus sit, cf. Beulé, p. 165.

7° Pilei astriferi. — Dioscurorum pilei in tetradrachmis non semper eandem formam habent. Ἀγάθιππος pileos ut insigne habet sed laureatos. In tessera nostra corona non circumvolvuntur, ut in nummis quos Beulé in XI serie illustravit. Magistratus nomen ΦΥΓ (?) primas litteras habet.

8° Aplustre puppis. — ἄφλαστον. — Beulé XVI ser. Quid fuerit aplustre, symbolum vere singulare, nonnulli quæsiverunt, inter quos Cf. de Witte, Carol. Lenormant et Beulé, l. I. — Post. II, 533, 538.

9° Apis. — De illo symbolo apud athenienses cf. Stieglitz: Archæologische Untersuchungen, t. II, 193. Guigniaut. Relig. de l'antiq. t. II, I part. p. 112, 140. — T. III, I part. p. 247 in nummis qui Εὐάνδρου magistratus nomen habent apis insculpitur.

10° Fulmen duabus alis instructum. Beulé, p. 309. Fulmen nonnullæ tesserae exhibent, tum simplex, tum quatuor alis instructum; fulmen de quo hic agitur duabus modo alis ornatur, quod symbolum, si tetradrachma consulimus, Σώτας, monetarius magistratus, habuit.

11° Navis dimidia, pars rostrata, Ἐμβολος, in multis tesserais insculpta est, tum cum oculis, tum cum acrostolio, tum aliam figuram exhibens. Ἐμβολος in tessera nostra sine acrostolio, sine oculo, sine tropæo idem est quem in quibusdam tetradrachmis habemus (Ἐργολκλειδης magistratus.)

12° Cicada ut ἐπίσημον habuit Γλαῦκος. Beulé, p. 336. De cicada symbolo apud Athenienses cf. Thucydid, I, 6.

Aurea solemnī comptum quem fibula ritu  
Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ.

13° Papaveris caput inter duas spicas. — Dum. 152.  
Οινόφιλος. Beulé, p. 329, 327.

14° Botrus : Miltiades, monetæ conflandæ præpositus, hoc symbolum ut signaculum habuit. Botrum autem multi exhibent nummi. Inde non certum habeo figuram quæ in tesseris nostris effingitur ad Miltiadem referri posse.

15° Aquila stans, Beulé ser. XIII et XIV. Aquila d. m. stans in nummis qui modo monogr. exhibent, exprimitur. Cf. monogr. quod litteras ΦΥΛ continet (p. 172, 173). Aquila autem ut symbolum sæpe usurpata fuit, quod *ἐπίσημον* ad unum magistratum referri posse nemini in mentem veniet.

16° Quoties tridens in nummis ut symbolum insculptus sit neminem fugit. Tridens autem varias figuras exhibet; tum cum baculo, tum sine baculo, vel simplex, vel lemniscis exornatus est, vel decussatim cum thyrso positus vel solus.

Hic tridens sine baculo effingitur, tridenti quem pro symbolo habuit Ἡλιόδωρος omnino similis.

In serie quæ tridentem exhibet cum Heliodoro conjunctum fuisse Adimantum videmus; Adimantus iste, vir non ignotus, Demetrii Poliorcetæ amicus fuit et cliens, de quo disseruit. Beulé, p. 189.

17° Cornu copiæ, s. m.; cf. nummos quibus symbolum suum impressit Διο (γένης). Beulé, p. 191.

#### IV

In tesseris nonnullis insigne quod effingitur civis cujusdam nomini sine dubio alludit: inde manifestum fit

ad civem illum tesseram pertinere, et illius vel symbolum vel signaculum exhibere. Quoties apud antiquos sic alludere usitatum fuerit, neminem fallit, qui lusus vel in sepulchralibus titulis nonnunquam reperitur.

Cancer marinus in plumbo quodam græco effingitur, cui adscribuntur litteræ ΑΣ quas sine dubio pro nomine Ἄστακός usurpari facile credideris. Quod si nomen illud singulare esse videatur, idem nonnunquam referunt scriptores; Ἄστακός apud Æschylum Thucydidemque<sup>1</sup> reperitur. Urbs erat in Acarnania Ἄστακός dicta<sup>2</sup>. Ἄστακηνοὶ inter populos quos in Bithynia fuisse dicit Strabo, locum habent. Cf. etiam Ἄστακίδης et Ἄστακεὺς apud Sophoclem.

— Post. I, 176. Caput Gorgonæ, exserta lingua, adversum) (gallus gallinaceus ΑΑ.

ΑΑ pro Ἄλέκτωρ esse existimo. Litteræ a dex. ad sinis. inscribuntur; hujusmodi plurima exempla præbent tesseræ nostræ, ΚΙΝ, exempli gratia, etc. Cf. etiam capit. V, tesseram cum litteris ΜΟΥΣΗ ΠΑΙΔΩΝ.

Ἄλέκτωρ nomen haud rarum fuit; inter Pelopis filios unus Ἄλέκτωρ erat. Ἄλεκτρύων et Ἄλεκτορίδης apud Homerum et Theophrastum reperiuntur<sup>3</sup>.

Quod si adhuc cur dubites habeas, eodem modo eidem nomini tesseræ latinæ alludunt. Inter illas enim quamdam habemus quæ gallum gallinaceum exhibens ad civem qui Gallus nominatur pertinet.

Post. II, 426. Musca alis clausis M cui altera littera adjungitur Z, ut videtur; Μύια apud græcos nomen fuit haud rarum. Apud Jamblichum femina quædam hoc no-

<sup>1</sup> Esch. *Sept.* 389. Thucyd. 8, 108.

<sup>2</sup> Pausanias, 5, 12, 7.

<sup>3</sup> *Od.* 4, 40. *Il.* 17, 602. Theop. apud Athen XII, 592.

mine designata, et eadem Pythagoræ filia, invenitur. Hic nomen a Μυῖα nomine derivatum habemus. Nomina non multa quæ a Μυῖα originem capiunt, reperimus. Cf. tamen Μυῖσκος. Pol. 5, 82, 13.

Post. II, 727. — Persona muliebris, crinibus perlongis hinc et inde pendentibus, adversa) (Tripus, ὠτίτης cum corona laurea super imposita.

In aversa parte TPI litteræ. Tripus mea sententia cui-dam nomini a τρίπους derivato alludit; exempli gratia sint Τριπόδισκος et alia illi haud absimilia<sup>1</sup>.

V

Vulgo apud græcos ἐπίσημα fuisse usurpata facile probatur, nec longis disquisitionibus eget. Auctorum loci et monumenta satis hujus rei fidem faciunt<sup>2</sup>.

Afferam primum Æschyli locum celebratissimum.

Tydeus gerit hoc insigne in clypeo :

Coelum astris splendens fabricatum ;  
Splendida vero luna in medio clypeo  
Decus stellarum, noctis oculus fulget<sup>3</sup>.

Capaneus qui ad Electræ portam locum sortitus est, gerit insigne nudum virum igniferum cujus in manu fax ardet; aureis litteris inscribuntur in scuto voces : « *incendam urbem* »<sup>4</sup>.

Eteocli insigne est vir gravi armatura firmatus qui

<sup>1</sup> Φώκη, φοῖνιξ, κρίθη, αἶξ, καρδία, κλειδίον, σίδη, ῥόδον, μῆλον, ἄγκων, σέλινον, ἀλώπηξ, ἰστίον, etc., ut nemo nescit, in nummis reperiuntur et civitatum nominibus alludunt. Cf. etiam romanos nummos qui Musas, Triones, Silenum, florem, deam Titiam, etc. exhibent.

<sup>2</sup> De illis ἐπίσημοις fusius agere, ut supra dixi, in dissertatione II propositum habeo. Hic tantum pauca.

<sup>3</sup> Vers. 387 et seq.

<sup>4</sup> Vers 433 et seq.

scalæ gradus ad hostium turrim devastandi avidus ascendit.

Hippomedon in scuto Typhonem gerit, fumum atrum ex ignivomo ore efflantem <sup>1</sup>; Hyperbius Jovem telum incensum tenentem <sup>2</sup>.

Parthenopeus Arcas sphingem crudivoram <sup>3</sup>; Polynices virum ex auro factum, bellatorem adspectu, quem femina cum gravitate præiens ducit.

Justitiam illam sese ait quemadmodum hæ litteræ Indicant « Reducam vero hunc virum urbemque Habebit suam paternæque domus imperium <sup>4</sup>. »

Amphiarao in scuto nullum signum est <sup>5</sup> :

Non enim videri, optimus sed esse vult.

Accipias nunc Plutarchi locum :

Δάκων ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μύϊαν ἔχων ἐπίσημον καὶ ταύτην οὐ μείζω τῆς ἀληθινῆς, ὡς καταγελῶντές τινες ἔλεγον ὑπὲρ τοῦ λανθάνειν τοῦτο πεποιθήκει· ἵνα μὲν οὖν, εἶπε, φανερός ᾧ, οὕτω γὰρ τοῖς πολεμίοις πλησίον προσέρχομαι, ὥστε τὸ ἐπίσημον, ἡλίκιον ἐστὶν ὑπ' αὐτῶν ὁράσθαι. (*Apophthegmata Laconica*, xxxviii, Plut. ed. Didot, t. I, pag. 289.)<sup>6</sup>

Supervacuum est contrahere ea multo magis ad rem perferentia quæ referunt Heracleenses tabulæ (Cf. pag. 53).

I. Quod ad monumenta attinet reperiuntur ἐπίσημα plurimis vasis pictis inscripta. Neminem fugit sæpius vasis tum mortalium tum immortalium clypeos ἐπίσημα, istis

<sup>1</sup> Vers. 493.

<sup>2</sup> Vers. 512.

<sup>3</sup> Vers. 541.

<sup>4</sup> Vers. 642.

<sup>5</sup> Vers. 593.

<sup>6</sup> Cf. etiam. Ovid. *Métam. Virg. Æn. x, 186, etc...*

quæ describit Æschylus simillima, exhibere. Sexcentis exemplis rem confirmare possim. Mos quidem iste exstitit ex eo quod milites similia signa clypeis gerebant. Neminem fugit quot clypei qui inscriptionibus Parthenonis commemorantur, *ἐπίσημον ἔχοντες* dicantur. (Rang. *Ant. Hell.* p. 516, 517, etc.)

II. Apud plerasque civitates reperiuntur item signacula inscripta nummis. Athenienses tantum nummos memoravimus, quia Athenis oriundæ nostræ tesseræ; sed plerique nummi juxta præcipuum typum minores gerunt symbolos<sup>1</sup>.

III. Mentio fiat signaculorum fictilium amphorarum ad mercedem vehendam. Multa ex istis signaculis *ἐπίσημα* gerunt quæ diversa sunt prout diversum est nomen magistratum civiumve ad quos pertinent signacula. Cf. præcipue amplam signaculorum Thasiorum seriem quam nuper edidi. (Apud Rhodios amphoræ fere semper signaculum publicum habent.)

IV. Res variæ, *σηκώματα*, scapi, etc. *ἐπίσημα* insculpta ferunt. Cf. Dissertationem meam *sur un poids grec trouvé à Babylone* (Revue arch. 1869), in quo opusculo *σήκωμα* descripsi quod caduceum præfert; Mazochium, op. laud. p. 150.

Plurimis de causis apud antiquos mos *ἐπισημων* exstitit.

I. Quod ad militaria *ἐπίσημα* pertinet, natura insitum est militibus clypeum exornare; nec tamen hanc præcipuam esse causam dixerim<sup>2</sup>

<sup>1</sup> De symbolis illis cf. Longpérier. Rev. arch. ser. 1, t. I, p. 92. Ἀπολλώνιος, solis caput, Διονύσιος amphoram, Ὀλυμπία coronam, Σύμμαχος galeam, Νίκων equitem qui equum coronat, etc., pro symbolis habent.

<sup>2</sup> In monumentis tum etruscis tum romanis istiusmodi *ἐπίσημα* ut nemo non scit, gerunt milites.

II. Vera apparebit causa animadvertenti apud græcos nulla exstitisse nomina quibus gens appellata fuerit et a pluribus sæpe eadem nomina fuisse usurpata, (exemplo sint Heracleenses tabulæ). Inde variis signaculis opus fuit.

III. Animadvertendum præterea rarius apud antiquos scribendi artem fuisse usurpatam; non quia pauciores fuerint qui scripturam percallerent, sed quod ea quibus ad scribendum opus erat, et rariora tunc exstiterunt et majoris pretii (Cf. Egger sur le prix du papier dans l'antiquité; lettre à M. Didot). Vir eruditissimus E. Curtius probavit in litibus apud Athenienses scriptorum testimoniorum infrequentem fuisse usum; quod quidem plurimum habet momenti. Infrequens usus nempe quia rara scriptura <sup>1</sup>. Satis erat enim τὸ ἐπίσημον exhibere in multis rerum articulis quibus apud nos scriptura usurparetur <sup>2</sup>.

Cæterum apud populos qui orientem colunt semper sese res ita habuit. Sigillum enim solum valet minimique ponderis scriptura (*signature*) est. Nullus vel apud Arabas vel apud Turcas magistratus nomen chartis apponit: imprimit vero sigillum; quæ quidem omnibus nota sunt.

Epistolæ finem quum facerent, nomen inscribere (*signer*) apud antiquos tum græcos tum romanos non assuetum fuit. Cf. Cavedoni. *Le salut. delle Epist. di S. Paolo*. Mem. di relig. t. xvii.

<sup>1</sup> Curtius. — *La parole et l'écriture chez les grecs*. Leçon faite à l'université de Göttingue. Revue des cours littéraires, 13 mai 1865.

<sup>2</sup> Multos comitorum locos hic memorare supervacuum est. Ea causa miles hic reliquit symbolum, | expressa in cera ex annulo suam imaginem | ut qui huc afferret ejus similem symbolum | cum eo simul me mitteret. Pl. *Ps.* 2, 2, 52; 2, 4, 26. — Ἀπεδόθη τὰδ' αὐτῷ καὶ τὸ σύμβολον τῶν ἐμῶν (?) *Les papyrus grecs du Musée du Louvre*, publication préparée par Letronne, exécutée par MM. Brunet de Presle et Egger, p. 401. — Demost. *advers. Beotum*, 7, — 10. Franz: *Elem. epigr.* p. 134, Συσσημαίνεσθαι.

II *Thessal.* III, 17. I *Cor.* XVI, 21. *Col.* IV, 18. Cic. ad. *Attic.* VIII, 1. Suet. *Tib.* 21, 32. Dio Cass. LVIII, 11. Guigues. *De l'origine de la signature et de son emploi au moyen-âge, principalement dans les pays de droit écrit.* Paris 1863.

Quis autem fuerit nostrarum tesserarum usus interroganti haud facile respondeas, quod multiplex admodum earum usus fuit.

I. Constat plerumque in rerum articulis quibus apud nos magistratus vel civis nomen chartæ apponeret, Græcos tesseram suam dedisse.

II. Heracleenses tabulæ peculiaris usus mentionem faciunt : nempe quicumque agrum conduxerat et magistratus quum invicem sui ipsius notitiam facere vellent, tesseram expromebant.

III. De usu ἐπισήμων ad mercatura nihil incertum.

IV. Si quis ab amico minutam plumbeam tesseram acceperat, sigillum amici vel similes tesseræ sibi monstratas facile agnoscebat; « Annulum Græci a digitis appellaverē, apud nos prisci unguum vocabant, *postea et Græci et nostri symbolum.* » Plin. XXXIII, 1. Annulum Latini symbolum dicebant quia illo utebantur ad epistolas et vasa, obsignanda (Front. *ad Ant. imp.* Edid. Maï *Ep.* 1, 2. Plaut, Ps. 2, 2, 52, — 2, 4, 26, etc....)

V. Sæpius peculiare quoddam signum addebant ἐπισήμῳ, quo quidem quis potissimum fuerit usus tesseræ significaretur. Ἐπισήμῳ notus erat qui tesseram in publicum produxerat (Cf. cap. IV.)



VI. Denique manifestum est, tam vulgo signaculis usurpatis, sæpe ad civium utilitatem ea pertinuisse ut ad exactam similitudinem earum ducta et facile expressa documenta habuerint : inde tot plumbeæ tesseræ.

## CAPIT. IV.

### DE TESSERIS QUÆ AD REMPUBLICAM PERTINENT.

Plurimæ tesseræ typos publicos vel populorum nomina præbent; de typis publicis ad Atheniensium rempublicam pertinentibus cf. infra; de illis autem qui ad alias civitates pertinent, exempla referre necesse est; illi enim multos viros doctrina præstantes fefellisse videntur.

1° Garruc. II, 3. ΑΑΑΝΕΩΝ. Serapidis caput d.) (Sarus flumen natans d.

2° Darii nummorum, qui sæpius *δαρεικός* dicuntur, typus, *τοξότης* vel sagittarius) (nescio quid; cf. figuram a docto Patre delineatam; parallelogrammum in quo parvæ spheræ, ut videtur.

3° Post. I, p. 356. Victoria gradiens d. palmam gerens )  
(COR Corint (hus).

INT.

4° Ficor. II XVII, 6. Plumbum præcedenti haud absimile.

5° Salinas II, 8. Litteræ compendiariæ KEN. « Benche io sio poco amico delle ingegnose spiegazoni de' monogrammi, difficilissimi sempre a leggerne, e specialmente

se monchi, pure in quello composto delle lettere KEN, che trovasi in un piombo proveniente dall' antica Centuripi, non posso disconoscervi il principio del nome di quella città e di suoi abitanti. » Hoc autem plumbum mercatorium, ut videtur.

Hæc plumba et nonnulla alia ad usum publicum conflata fuisse, haud in dubio est; ad quos autem usus spectarent plumba publica si quærimus, attica varios typos exhibentia consulere necesse est. Exempla tantum referam, multis, illis quæ commemoro haud omnino assimilibus, neglectis.

1° Post. I, 4. Noctua d. AΘE — Noctua eadem AΘ pro AΘE. Post. I, 6. Olivæ ramus s. non videtur. Cf. Beulé, p. 35, 54, etc.

3° Post. I, 47. Noctua adversa alis expansis AΘE) (caput Gorgonæ adversum. Trihemioboli typus; folium olivæ hinc et inde supra non video; quam facile folia illa evanescere potuerint, si Atheniensium nummos consules, facile intelliges. Beulé, p. 54.

4° Post. I, 57. Noctua adversa grano hordei insistens inter duos ramusculos oleæ; omnia in area orbiculari incusa) (Δ magnum per totam aream nummi.

5° Post. I, 58. Eadem adversa) (Ξ magnum per totam aream nummi; infra duo globuli.

6° Post. I, 59. Noctua quam trioboli typus exhibet. AOE. O pro Θ.

7° Post. I, 56. Noctua adversa) (A magnum per totam aream nummi.

8° Post. I, 60. Noctua adversa stans inter duos ramusculos oleæ, ut in triobolis. Cf. Supra, n. 6.

9° Post. I, 71. Duæ noctuæ sub unum caput coalescentes, ut in nummis argenteis (diobolis) Athenarum.

10° Dum. 33, — Noctua adversa stans; nummus contusus. Θ. pro AΘE.

11° Dum. 38. Idem typus

12° Post. 1, 81. Palladis caput d.) (Θ magnum per totam aream. Noctuam adversam, quæ in nummis argenteis Athenarum (triobolis) insculpitur, in tesseris æneis heliasticis fere semper habemus: quod manifestum fecisse credo, in opusculo de tessera quadam quæ ΚΑΛΛΙΑΣ nomen præbet. Hoc enim monumentum, nunc in museo Societatis archeologiæ asservatum, eam noctuam inter duos oleæ ramusculos exhibet. Plurimas tesseras ejusdem generis, male autem illustratas, illustravi, quæ sine dubio figuram omnino similem exhibent, duasque adhuc ineditas, quæ opinionem meam confirmant, publici juris feci.

Noctua illa certe in area orbiculari incusa semper eundem locum tenet, in tessera sinistra parte, sub littera quæ tribunalis numerum indicat. Adde signacula plurima illis monumentis impressa, in omni tabula huc illuc vagari, vel sæpius in area quadrata incusa, ita ut illa a magistratu qui nullo modo loco, quem ad hæc signa eligeret, attentus fuerit, notata fuisse manifestum fiat: ex quo probabiliter conjici potest illarum tesserarum noctuam adversam, inter oleæ ramusculos, præcipuum symbolum esse.

Quod si ad tabulas æneas heliasticas noctuam adversam inter oleæ ramusculos respublica elegerit, hoc facile intelliges, ad tres obolos, pretium quod iudices apud Athenienses accipiebant, memoriam revocans.

Alia signacula in tesseris heliasticis inscribi supra diximus; inter quæ præcipue notandæ sunt et noctuæ binæ sub unum caput coalescentes et Gorgona: vel Palladis

caput, ut videtur, symbolum quoddam, apud Finlay as-  
servatum, exhibet.

Plumba nostra pro præcipuis tesseris usurpata fuisse, sane non credo : præcipuæ tesseræ æneæ sine dubio fue-  
runt; ad usum publicum ære fere semper usi sunt Athe-  
nienses, quod neminem rerum antiquarum peritum fallit.  
Ut exemplum quod omnem dubitationem solvat afferam,  
tabulas quibus vel in concionibus vel in tribunalibus  
sententiam dicebant Græci, vel plumbeas vel cretaceas  
fuisse forsitan credideris; quam falsam opinionem  
et monumenta et auctorum loci nonnulli refellunt.  
Θεσμοθετῶν æneam tesseram delineavit Beulé<sup>1</sup>, cum lit-  
tera E. Ænea quædam parva monumenta cum verbis  
ΨΗΦΟΣ ΔΗΜΟΣΙΑ nuper reperta fuerunt, de quibus cf.  
Pappadopoulos et Rhossopoulos l. laud. — Quid quod  
apud Pollucem hæc leguntur :

πάλαι γὰρ ἀντὶ ψήφων χοιρίνας ἐχρῶντο αἵπερ ἦσαν  
κόγχοι θαλάττιοι αὖθις δὲ καὶ χαλκᾶς ἐποίησαντο κατὰ  
μίμησιν καὶ σπόνδυλοι δὲ ἐκαλοῦντο αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαὶ  
χαλκοῦ πεποιημέναι. Poll.8, 17. Harpocr. ad verbum τετρο-  
πημένη, cf. etiam Rhossopoulos l. l.

Tabulæ heliasticæ multi pretii monumenta erant; eas  
domi asservabant, quas nonnunquam, quum necessarium  
esset, magistratui præferebant; illarum nonnullas in tu-  
mulis repertas fuisse scimus; stelis funebribus, auctore  
Aristophane, apponebantur; inde mortuum vere civium  
jura habuisse manifestum fiebat :

ἐν τῇ σορῶ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν<sup>2</sup>.

Civis igitur quidam quum ad tribunal veniebat, magis-  
tratui tabulam exhibebat; qua visa, ramum quemdam li-

<sup>1</sup> Beulé, p. 78.

<sup>2</sup> *Plutus*, v. 277.

gneum in quo littera tribunalis inscribatur, et symbolum parvum « *jeton de présence* » accipiebat. Dimisso conventu, publici ministri, *κωλακρέται* dicti, illis qui parvum symbolum acceperant, tres obolos solvebant<sup>1</sup>.

Tesseræ plumbeas de quibus hic agimus parva symbola heliastica fuisse credo.

1° In tesseris nostris noctuam quæ tabulis heliasticis parte sinistra inscribitur, habemus. Quod si nonnunquam aliæ noctuæ occurrunt, illas etiam in monumentis æneis effectas fuisse sine dubio vidimus.

2° In parte postica littera magna aream totam obtinet, ex quo patet litteram illam non ut rem parvi momenti adjunctam fuisse, sed præcipuum sensum habere. Quin etiam litteræ illæ eadem sunt quæ in æneis tabulis reperiuntur. A — I<sup>2</sup> decem tribunalia indicantes. Si decem modo tribunalia fuisse adhuc ambigitur (de quo cf. Perrot, p. 242, 247) non est tamen causa cur illa multo plura quam XX fuisse credas. Inde Beulé non assentior tesseram cum Ω publici juris facienti, in qua Ω credit tribunalis numerum indicare<sup>3</sup>.

Sectionis hujus tesseris unam adhuc adjiciam, certe publicam, forsan judicialem.

Post, I, 66. Duæ noctuæ sub unum caput coalescentes ΔΗΜΟ) (Noctua adversa stans, expansis alis.

Ut noctuæ, duæ ita noctua adversa plumbis quæ supra illustravimus, non raro insculpuntur.

II 1° Post. I, 1. Astragalus intra quadratum incusus.

<sup>1</sup> Cf. Suid. Hesych. Ad verbum *Κωλακρέτης*. Perrot : *Essai sur le droit public*, p. 245.

<sup>2</sup> *Plut.* schol. 973.

<sup>3</sup> Beulé, p. 78. Cf. ex schedis Fauvel. Cf. Tamen Rang, *Ant. Hell.* t. II, p. 577 : inscriptionem in qua litteræ Α, Μ, Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω, XI-XXIV, valere videntur, quod Beulé sententiam confirmare fateor.

2° Post. 1, 3. Idem typus in area plana) (noctua adversa stans.

3° Post. 1, 13, 14, 15. Noctua d. m. stans.

4° Post. 1, 8. Noctua d. m. stans inter X et signum quoddam parum visibile.

5° Post. 1, 9, idem typus NM — Ω.

6° Post. 1, 10, idem typus N — E.

7° Dum. 118. Noctua d. m. stans.

Illas tesseras ad publicum usum pertinere non incertum est. Astragalum illi qui in n. 1 et 2 inscribitur similem nummi athenienses exhibent. Quid de illis suspiciam non sine dubitatione quadam exponenti mihi venia sit. Monumentum sub num. 4, descriptum quum non ipse viderim, quid sibi velit signum litteræ X appositum, me fugit.

Libenter ego intepretarer inscriptionem NM — Ω νομοθεται ὁμομοκότες; si quis interpretari voluerit ex dextro latere ad sinistrum, conjunctis tribus litteris ΩMN, nullum, mea quidem sententia, verbum inscriptionem perficere possit.

Objiciat aliquis vocem ὁμομοκότες omnibus Atheniensibus magistratibus convenire. Necesse est quædam afferam ut manifestum sit consentaneum fuisse titulo νομοθετῶν hoc epithetum adjicere.

Quoties de lege quadam apud concionem referebatur et censuerat populus accuratius eam esse considerandam, provincia dabatur nomothetis legem ad justam formulam redigere. Mille quidem numero erant nomothetæ ex heliastis quotannis electis. Utrum sorte an suffragiis electi fuerint ambigitur. Constat autem, ex plurimis oratorum locis vocatos fuisse, istos ὁμομοκότες simul et νομοθέτας; vel potius ἐκ τῶν ὁμομοκότην τοὺς νομοθέτας. Intelligas licet, inter cives qui *juraverunt* eos, quibus leges per-

pendere creditum est. Ut *heliastæ ὁμοιοκότες* erant, quippe qui juravissent se reipublicæ consulturos; ut *legislatores νομοθέται* dicebantur. Si quis revolvat orationem contra Leptinem et præsertim § 64, 67, 93, 165, intelliget sane illud discrimen apud Græcos inter *heliastas* et *legislatores* exstitisse. Consentaneum est igitur verbum *νομοθέτης* hic accuratissime fuisse inscriptum; verbum *ὁμοιοκώς* in nostra tessera singulare aliquid significat et sensum verbi comitantis perficit, nedum inutile habeatur.

Inscriptionem EN interpretamur *ἔνδεκα*, quod quidem nostra sententia ad quoddam collegium celeberrimum pertinet.

Plurima exstant verba tum ex politicis tum ex judiciariis quæ ad interpretationem VII<sup>e</sup> tesserae valeant. Si quis vero animadvertat idem fere signum impressum fuisse isti monumento et ei quod ad nomothetas retulimus, intelliget ex ea institutione alterius quoque inscriptionis explicationem usurpari posse et interpretabitur forsitan *σύνδικος*, quo quidem vocabulo significabantur illi quos ad defendendam legem deligebant nomothetæ : quam interpretationem valde incertam esse fateor.

Plumbeas tesseræ, judiciarias quidem, sed jam nostris omnino dissimiles, sortes dico, non præterire possum. Laminæ sunt orthogoniæ quibus nomina modo inscribuntur. Hujusmodi monumenta, anno 1863, prope Styram, in Eubœa insula, multa reperta fuerunt, quorum Societas antiquariorum centum et viginti emit; sexaginta sex Waddington, anno 1864, retulit; ducenta undecim a Lambro Fr. Lenormant accepit; et sua et Waddingtonia delineavit illustravitque Lenormant<sup>1</sup>; illa quæ in museo

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auct.



Atheniensi asservantur fere omnia publicavit Komanoudis; plurima in Basiliensi museo deposita, opusculo quod reperire non potuisse me fateor, anno 1867, juris publici fecit Vischer.

*I De tesseris ad senatum pertinentibus.*

1. Dum. 34. Duæ noctuæ se invicem inspicientes ΟΑ.
2. Post. I. 281. Caput muliebre corona oleagina redimitum, capillis retro collectis, cum auripendente d. m.; omnia in area quadrata incusa.) (Caput muliebre sphenodone ornatum, capillis retro collectis s. m.; omnia intra circulum globulis contextum. ΒΟΑΗ.
3. 4. Dum. 35. ΒΦ per totam aream. Apud Rossopoulos aliud exemplar eundem typum exhibens.
5. Dum. II Noctua d. — in parte sinistra βου. Nunquam alias litteras habuit hoc plumbum, ut videtur.

Istæ quinque tesseræ ad senatum pertinent. Nonnullæ typos publicos exhibent quo manifestum fit illas non ad privatos spectare. Illa sub numero I descripta litteras erasas præbet, quas, si secundam et quintam tesseram consulas, sine dubio ΒΟΑΗ, restituendas esse videbis. In secunda enim ΒΟΑΗ pro ΒΟΥΑΗ habes.

In tertia quartaque Φ pro numero esse linea super hanc litteram inscripta manifestum facit. Φ L (500) valet et των πεντακοσίων senatum indicat. Tesseræ illæ quæ ΒΦ exhibent, magnæ et crassæ sunt<sup>o</sup>.

6. Clypeus rotundus in cujus ora superiore insistit noctua d. m ; in ora clypei inferiore insistit alia noctua s. m. ΠΡΥΤ-ANEA ΠΡΥΤΑΝΕΑ pro ΠΡΥΤΑΝΕΙΑ ut supra ΒΟΑΗ pro ΒΟΥΑΗ<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Harpocrat ad verb. πρυτάνεις. *Disputatio litterarum de senatu Atheniensium.* C. van Osenbruggen. Hagæ Comitum, 1834. In-4.

II. *De tesseris ad tribus pertinentibus.*

1° Post. I, 282. ΠΑΝΔ) (monogramma in quo discernuntur litteræ ΠΡΟΔ.  
(I)ONIS.

nuntur litteræ ΠΡΟΔ.

2° Post. I, 48. Noctua aversa spectans, alis expansis.)  
(Gorgonæ caput.

3° Id. 49. Idem typus eademque litteræ.

4° Id. 50. Idem typus

5° Post. I, 222. Bacchus indicus s. m. stans d. cantharum area orbiculari incusa.) (Tripus; ad dextram s. thyrsus lemniscis ornatus ANTIOX.

6° Post. II, 400. Caput Palladis d. m.; ante ΑΙΓΕ, inferne planta bulbosa (?); post E duæ litteræ obsoletæ, ut videtur.

7° Post. II, p. 305. Apud Comnos Atheniensem plumbum quod litteras ΑΙΓΕ præbet.

Septem illas tesseræ ad tribus pertinere haud incertum est; quasdam autem alias iis adjudicare licet.

8° Dum. 142. Equa stans puerum lactans.) (Sus.

9° Post. I, 263. Idem typus: in area superne noctua, ante equam calathus; tessera illa in parte postica nihil habet.

10° Post. II, 303. — Litteræ ΙΙΙΙ sine insignibus.

Ut credit Postolaka ad tribum quæ ab Hippothoonte nomen habuit illæ tesseræ pertinent. Ab equa enim heroem illum nutritum fuisse scimus <sup>1</sup>.

11° Post. I, 266. Caput leonis adversum) (caput Gorgonæ adversum.

12° Post. I, 267. Idem typus minoris moduli.

Quum tesseræ illæ duæ gorgonæ caput præbeant, illas

<sup>1</sup> Hygini fabul CLXXXVII. — Postolaka l. 1.

ad usum quemdam publicum conflatas fuisse haud incertum est. Inde leonis caput tribum quæ Λεωντις dicta fuit, hic indicare credam. Herois Eponymi nomen Λεώς fuisse non Λέων fateor; nomina autem fere eodem modo sonant. Quod si cogites talem ludum typo publico indignum esse, multa exempla funebrium stelarum series, a Pervanoglou nuper edita, tibi afferet. Accedit quod, sex tribuum quum jam tesseræ sine dubio habeamus, certe tribus hujus tesseræ fuerunt. De leone typo publico nonnullos a me dissentire fateor. (Cf. Beulé, p. 205).

13° Post. II, 39 AE) (Caput muliebri crinibus in nodum retro collectis.

Tesseram illam non vidi; sed quamdam similitudinem cum alia, quæ BOAH litteras et duo feminea capita præbet, habere videtur. Forsan hic tribus caput (?).

14° Post. II, p. 305. Elephas turritus; in area A. Apud Prokesh-Osten hæc tessera, qui cogitat illam ad Antiochidem tribum pertinere, de quo nihil certum quod dicam habeo. Elephas enim tum in nummis Atheniensibus tum in tesseris nostris invenitur, nihil autem eum ad hanc tribum spectare indicat. De Antiocho IV eponymo apud Athenienses. (Cf. supra cap. III).

Ut supra vidisti, tribuum quarum tesseræ habemus ille est catalogus :

- 1° Pandionis.
- 2° Antiochis.
- 3° Erechtheis.
- 4° Ægeis.
- 5° Hippothontis.
- 6° Leontis (?)

In quo catalogo adhuc desiderantur :

- 7° Acamantis.
- 8° Æneis.

9° Cecropis.

10° Attalis.

11° Demetrias.

12° Ptolemis.

13° Antigonis.

14° Adrianis.

Ad usus varios tesseras illas elaboratas fuisse non nego : unamquamque ad unam tribum referre satis est. Quum autem illarum nonnullæ insignia ferant, nonnihil de quibusdam tesserais conjicere licet. Tessera prima, quæ litteras ΠΡΑ sine dubio præbet et forsitan O, ad προέδρους pertinere videtur. Πανδιονίς non Πανδιονίδος habet, quo significari credo tesseram non a tribu ipsa emissam fuisse, sed a populo qui in monumento indicavit, tempore quo illud laboratum fuerit, Pandionidem reipublicæ prytanes dedisse. Genitivus casus in nummis possessionem demonstrat.

Tessera quinta ad Bacchi cultum spectat; ad res religiosas octavam novamque pertinere non dubito. Secunda, tertia, quartaque publicum typum modo exhibent.

III. *De tesserais quæ ad ædiles (ἀγορανόμους, agoranomos) pertinent.*

1° Dum. 61. ΑΓΟΡΑΝΟΜΩΝ litteris in orbem dispositis circum monogramma in quo littera ΑΑΚΟ discernuntur ut credo.

2° Idem typus apud Postolaka. I. 230. Apud Rhossopoulos Atheniensem tertium exemplar vidi.

3° Post. I, 228. Α-Γ Intermedio caduceo.

O P.

De caduceo agoranomorum symbolo nonnulla dixi, nova monumenta afferens (*Sur un poids grec.*)

4° Post. I, 229. Idem typus; litteræ non integræ.

5° Post. II, p. 303.  $\begin{matrix} \text{M} - \Delta \\ \text{O} - \text{E} \end{matrix}$  Mercurius barbatus ut videtur

d. m., stans d. pateram s. caduceum tenens<sup>1</sup>.

De Mercurio qui sæpe in tesseris insculpitur cf. infra. Hic autem illi deo litteræ adjunguntur ( $\Delta\text{EMO}\ \sigma\iota\omega\nu$ ) sine dubio, quo monumentum publicum fuisse certum fit. Inde illud ad agoranomos pertinere credo; de verbo  $\Delta\text{HMO}\text{-}\Sigma\text{ION}$  nonnunquam in mensuris inscripto cf. Dum., *Communication à l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867.

6° (?) Post. II, p. 303, n. 8. Apis) (noctua stans d. m. in area pone A cf. 3<sup>2</sup>.

O

<sup>1</sup> Cf. Longpérier. *Revue Arch.* 1845, p. 314.

<sup>2</sup> De plumbis byzantinis quæ ad ejusdem generis magistratus pertinent. Cf. *Ficor.* I, VI, 1. — I, XII, 5.

## CAPIT. V.

### DE TESSERIS AGONISTICIS.

Tesseræ nonnullæ litteras ΠEN exhibent.

1° ΠEN intermedio calathō. Π et E litteræ conjunctæ. P. I, n. 129.

2° Diota cum operculo, ad dextram ΠEN, P. I, n. 163. Cf. Mon. del Inst. vol. VII. Tab. XXVIII, 154. Diota cum operculo a vase nostro non absimilis.

3° ΠEN Inter media duo crura humana conjuncta (δι-σκειλον). Post. I, n. 258 et Mon. Tab. XXXIII, n. 258.

4° ΠE. Intermedia tria crura humana conjuncta, (τρι-σκειλον) triquetra. Post. I, n. 259 et Mon. id. 259. ΠE pro ΠEN hic inscriptum fuisse, facile credideris; in illo monumento figuram fere eandem quæ in præcedenti insculpitur habemus. Cf. infra nonnulla exempla quæ ΠE pro ΠEN exhibent.

5° ΠEN intra coronam lauream cujus implexus ad sinistram. Post. II, n. 77.

6° ΠE Intra coronam similem cujus implexus inferne. Post. II, n. 78.

7° ΠΕ intra coronam lauream cuius implexus ad sinistram.) (Flos?. Post. II, n. 76.

8° ΠΕΝ. Hercules nudus d. m. gradiens d. demissa (?) s. clavam transversam super humero tenens. Id. n. 276.

9° ΠΕΝ. Thyrsus lemniscis exornatus. Id. n. 751.

10° ΠΕΝ manus dextra in area orbiculari incusa. Id. n. 660.


11° ΠΕΝ. Tropæum cuius non omnes partes visibiles Dum. n. 5.

12° ΠΕΝ. Carchesion. Dum. n° 6.

13° ΠΕΝ litteræ Ε et Π conjunctæ. Satyri caput. Dum. n. 7.

14° ΠΠΕΝ ΠΕΝ, ut videtur; circulus in quo res incerta, omnia intra circulum majorem. Post. II, n. 791.

15° Mus posterioribus pedibus insistens d. m. lyra trichordi canens. ΠΕΝ, Post. II, 373.

16° Mus posterioribus pedibus insistens d. m. lyra canens ΠΕΝ. Post. I, p. 356. Plumbum n. 15  ΠΠΕ exhibit n. 16.

17° ΠΕΘ. Palma Dum. n. 9.

In plumbis græcis latinisve nulla inscriptio quam illa frequentius legitur.

Litteras ΠΕΝ pro ΠΕΝ *ταετηρις* usupari credit Postolaka. (11 Art. p. 304.) — Plumbum quoddam exhibit litteras ΠΑΝΑ.

Navis dimidia, in area superne astrum, infra ΠΑΝΑ (P. I, 231 et Tabul.)

Has litteras *παναθηναια* significare credit Postolaka, cui facile assentimur, ΠΑΝΑ autem et ΠΕΝ eundem sensum habere non manifestum facit auctor, qui unam cum altera inscriptione conferre satis esse arbitratur. De litteris ΠΕΝ in diversa opinione sumus.

ΠΕΝ pro voce ΠΕΝταετηρίς non esse primum probandum est.

In tessera, unica quidem, quæ ΠΑΝΑ exhibet navis insculpitur; si ΠΕΝ et ΠΑΝΑ idem valent, cur in nulla tessera litteris ΠΕΝ navis eadem adjungitur? — Cur voci communi et sæpe usurpatæ παναθήναια aliam raram πενταετηρίς prætulissent Athenienses, præcipue cum ΠΑΝΑ fere manifesto παναθήναια significet, ΠΕΝ autem multas et omnino diversas voces indicare possit?

Si ad Minervæ solemnia pertinent cum ΠΕΝ tesserae, in illis monumentis Apollinis aliorumve deorum insignia effingi non intelligimus. Mus enim lyra canens ad nullum cultum nisi Apollineum pertinet, ut optime monstravit J. de Witte. Cognomen enim a vocabulo σμύθρα habuit ille deus. — Apud Athenienses sæpe Minervam cum Apolline communi cultu conjunctam fuisse, non me fallit. Minervam Apollinem et Dianam una prece ut deos auxiliares apud Sophoclem præfatur chorus. (*Edip. Tyr.* vers. 159 et seq.) Nonnunquam, ut testatur Pausanias, Minervæ statua in Apollinis templo collocata fuit (I, 37). Vasa picta sæpe Minervam Apollinemque simul exhibent. (De Witte, *catal. Beugnot*, n. 36, 37. *Elite des monuments céramographiques*. Pl. LIX a LXI.) — Illa autem quæ memoramus, ut fatebitur Postolaka, non explicant cur in Panathenaica tessera figuram quæ ad Apollineum cultum spectaret insculpsissent Athenienses. Si arcus aliudve ejusdem dei insigne inveniretur, res forsitan ambigi posset; hic non insigne modo, scena autem omnino Apollinea effingitur.

Si ad alia insignia in tessera expressa venimus, quem deum thyrsus nisi Bacchum indicat; quem Satyri caput, nisi idem numen? — Quem locum in Minervæ solennibus habuit unquam Hercules? quod si dicas Bacchum cum



Minerva sæpe conjunctum fuisse, id non nego multa que monumenta, multos auctorum locos referre possum : sed nusquam partem quamdam vel minimam in Minervæ solemnibus egit ille deus.

Si quis attente tesseras ΠΕΝ præferentes inter se comparat habet manifestum :

1° Illas diversorum deorum insignia exhibere.

2° Agonisticum sensum habere.

Aliæ ad Bacchum, Herculem, aliæ ad Minervam, Apollinem et forsitan Neptunum pertinent. In n. 3, tessera tridentem, si figuræ a Postolaka publicatæ fidem adhibeam, libenter agnoscam.

De triquetra nonnulli disseruerunt inter quos principem locum obtinet vir eruditissimus de Luynes (*Études numismatiques sur le culte d'Hécate*<sup>1</sup>). Triquetram symbolum publicum apud Athenienses fuisse testantur nummi. Ut æneum quoddam numisma omittam a Mionnet descriptum (supp. n. 313), argentea nonnulla τρισκελον exhibent. Τριάδας significare hanc figuram haud in dubio est. Apud Atticos diversæ Triades exstiterant, inter quas Minervæ Jovis Apollinisque<sup>2</sup> trias primum referenda est. In alia Triade, qua Proserpina et Ceres junguntur, Minerva partem habet. Utrum tesseræ nostræ ad Minervam pertineant an modo publicum typum exhibeant, ambigitur.

Inter tesseras quæ ΠΕΝ habent, quatuor coronam exhibent; quinta tropæum : inde ad ludos eas spectare fit verisimile; sed quoddam monumentum de quo infra agitur, omnem dubitationem tollit.

<sup>1</sup> P. 84 et suiv.

<sup>2</sup> Preller, *Mythologie* I, p. 152.

Guigniaut, *Religions de l'antiquité* III, 2<sup>e</sup> partie, p. 568.

In scuto Minervæ nonnunquam triquetra. Cf. de Witte. Catal. Durand, n. 323, etc.

Quum credamus **ΠΕΝ** ad solemnes ludos in deorum honorem spectare, verbum occurrit sæpius apud antiquos usitatum *πένταθλον*, quod eruditis quin proponam non dubito. In honorem Minervæ, Apollinis, Bacchi, Neptuni, aliorumve deorum ludos fuisse, in quibus *πένταθλον* locum habebat, neminem latet. Quid proprius in tesseris agonisticis quam vel coronæ aut *τρόπæον*, vel deorum qui ludis præerant insignia, insculpi potest?

Quod si adhuc quid dubites habeas, ultimum proferam argumentum, tesseram quamdam magni momenti quæ omnem dubitationem eximat. Ista quidem palmam, ludorum insigne, præferens non litteras **ΠΕΝ** servat sed **ΠΕΘ**, quæ manifeste, præsertim cum XVI documenta jam ad ludos spectare videantur, pro *Πένταθλον* usurpantur.

De pentathlo in universum amplissime disseruit Kraus: (Cf. ind. ad verbum Pentathlum) *Die Gymnastik und Agonistik der Hellenen*. 2 vol. Leipzig 1841.

De eodem, sed tantum in ludis solemnibus in deorum honorem apud Athenienses, Aug. Mommsen *Heortologie*, p. 140, 141, etc., pauca, multi autem pretii, attulit.

18° Post. II, 296. Mulier stolata s. m. stans d. pomum (?) s. hastam tenens. In illa tessera litteræ sunt sine ordine dispositæ quas illustrare omisit Postolaka. Si monumentum consulis, illas legendas esse **ΜΟΥΣΗ ΠΑΙΑ** fere sine dubio intelliges. In dext. parte **ΜΟΥ** habemus; subter **ΣΗ**. Antiqua monumenta si inspicias, haud alio modo nonnunquam litteras dispositas fuisse videbis. Exempla sint Thasia sigilla in amphoris inscripta quæ nuper collegi et publicavi.

Quam partem in ludis publicis egerint pueri non hic dicere operæ pretium est; hoc enim nemo nescit.

Exemplo autem quod referimus quam luculentam materiem sæpe antiquariis præbeant ista parvula plumba

manifestum fit. Sæpe inscriptiones pueros in ludis locum habentes exhibent; sæpe vasa picta et pueros et illorum magistros agonisticasque exercitationes præferunt. Nulla autem inscriptio, ut videtur, nullum vas pictum *puerorum musam* fuisse demonstrant; illam hic habemus d. nescio quid s. hastam, ludorum insigne, tenentem. Quam figuram, vere singularem, dignam esse credo quam peculiari opusculo illustrem.

## CAPIT VI.

### DE TESSERIS QUÆ AD RELIGIONEM PERTINENT.

#### I

De plumbeis apud Romanos tesseris fusius dicere non propositum habeo. Neminem tamen fallit, quum simul in Græcia Italiaque fere eadem monumenta reperiantur, alia aliis, si inter se conferantur; sæpe clarissimum lumen afferre posse. De romanis tesseris disseruit Garrucci<sup>1</sup>, qui inter illas nonnullas ad deorum cultum sodalitiaque spectare, manifestum fecit. Mihi itaque, fateor, quum Græcis monumentis operam dare inciperem, ab initio in mentem venit sine dubio inter tesseras nostras exstare quasdam quæ ad res easdem religiosas spectarent<sup>2</sup>.

De Garrucciano opere pauca modo. Iste vir eruditus cardinalis Altieri et simul Vaticani Musei plumba Ficoro-

<sup>1</sup> Cf. Ind. Auct.

<sup>2</sup> Ut ex illa dissertatione maxime utilitatem et oblectamentum cepi, ita mihi ignoscat Pater doctissimus si aliqua emendare et corrigere, nonnulla breviter adjicere suscipiam.

niana illustrare instituit. A Ficoroni delineata monumenta ita descripta fuisse, ut iis sæpius omnis fides abroganda sit, demonstrat; postea quid de illis alii sentiant quærit, eorumque opiniones firmissimis argumentis confutat; quo facto ad suam sententiam venit.

Credit Garrucci plumba romana ad Latii antiqui sodalitia et religionem spectare: cui sane, correctione quadam, de qua infra dicemus, adhibita, assentimur.

Inter tesseras aut quas ipse vidit aut quas alii publici juris fecerunt, plerasque invenit quæ ad sacra Lanuvina, Juvenalia, Tusculana Sodalitia feminarumque Tusculanarum Collegium, Veliternum municipium, Minervalia, Albanam Minervam, Verulanos Juvenes et Saturnalia pertineant. Exempla quædam referre operæ pretium est, docti enim viri opusculum, 1847 typis mandatum, nimis raro hodie invenitur <sup>1</sup>.

1° SACR LANI IVVEN Junonis Lanuvinae caput) (puella quæ in antro Lanuvino serpentem pascit. De Antro Lanuvino nonnulla auctores afferunt. Propert. *Eleg.* iv, 8. Sacr (a) Lani (vina) juven (alia.) Garruc. op. l., p. 37. — SACR. LAN. F. Sacr (a) Lan (uvina) f(eliciter,) id. p. 38. — IVNON. LANV. Junonis caput s.) (Juvenis ante quem agnellus. — IVVEN. Juno galeata et hastam tenens serpentem pascit. (De quo serpente cf. supra).

2° SODALES TVSCULANE. Caligulae caput s.) (Aquila alis apertis in corona cupressea Ficoroni II. Tab. I, 11. Visconti, op. laud. 1, p. 39. Hoc sodalitium femineum <sup>2</sup>. — TVSC caput laureatum Neronis) (SOD Victoria cum corona et palma. — SODAL-TVSC Antoniae Drusi conjugis

<sup>1</sup> Exemplar unum in Gallia reperi, quod mihi maxima cum benevolentia credidit J. de Witte.

<sup>2</sup> Cf. Apud Garrucci feminam quamdam Flaviam Tarentinam quæ muniiceps et sodalis dicitur. l. l.

caput d.) Drusi Tiberii fratris caput, ad Tusculanas id plumbum pertinere verisimile est.

3° IVVEN. VELITER. FELI caput d.) (ARVN DIGNI CVFELI caput. d. juven(alibus) veliter(nis) Feli (citer) (Arun(tio) digni (ssimo <sup>1</sup>?). Aut dign(o) cu(ratori) feli(citer.) — SODALI VELITER FEL. Mercurius cum sacculo d. caduce. s.) (Caput ignotum GERANO CVRA FELI : Sodali (bus) Veliter (nis) Feli (citer) — Gerano cura (tori) Feli (citer.) — V. MVNICIPI VELITER FELI caput barbatum) (IVVENA VELITER FELI : V(aleat) municipi(um) Veliter(num) feli(citer) — juvena(lia) Veliter(na) feli (citer.)

Hæc duo plumba, *veliterna* dicta, multa fama pervulgata fuerunt, de quibus non modo Garrucci, Visconti sed etiam, Eckhel multique alii disseruerunt. (Cf. Ind. Auct. supra).

4° A. VIT... G. IMP. Vitellii laureatum caput) (SOD RUS. Miles d. hastam scutumque argolicum tenens. Scilicet: A (ulus) Vit(ellius) (Au)g(ustus) Imp(erator) sod(ales) Rus(tici.)

5° ALBAN. Minervæ galeatæ caput d.) (IVVEN AVG : Albani juvenes, juven (alia) Aug (usti.)

6° VERV sus currens d.) (IVVEN, veru (lani)juven (es.)

7° NERO CÆSAR, Neronis caput — VOLS. Miles s. spectans, d. scuto incumbens. s. hastam tenens. — Sodales Vols (inienses.) — Ficoroni P. II, t. xxxi, 1. ROIS delineavit, quem emendat Garrucci (p. 41. Tab. 1, f. 12).

8° SOD binæ manus conjunctæ. Sod(ales)

9° MINERVALES MN MAG. Minerva s. hastam tenens in area III) (N. F. PVII. Ficoroni, t. IX. 1. Eckhel l. 1.

<sup>1</sup> *Dignissimo*. De P. Vigellio Primo juvenum patrono *dignissimo*. Cf. Garruc. op. laud. p. 27.

Minervales M(inervæ) N(autiæ) mag(istro) n(ostro) Fe  
(liciter) — P(orta,) VII? <sup>1</sup>

Nautiorum familia Minervæ sacra retinebat, quod etiam  
Varro docet in libris quos de Trojanis familiis scripsit,  
Serv. *Æn.* II, v. 704, Fest. p. 106. Edit. Muller <sup>2</sup>.

Ad eadem Minervalia nonnulla plumba referenda esse  
credo.

Ficor. t. x, 9. IVV) (Minerva. — Id. t. xx, 29 VLP)  
EN CEN

(Minerva cum hasta et scuto. — Id. t. V, 3. Minerva ga-  
leata stans, coronam d. præferens. — Id. t. XI. 8. 1.  
Militis caput galeatum d.) (Minerva d. D vel O — S. So-  
dales. — Id. t. XI. 2. Minervæ caput d.) C in corona  
SS

laurea. Consecratio sacra.

De saturnalibus nescio cur nil dicat Garrucci : ad ea  
enim multa spectant plumba Ficoroniana. Exempla attuli;  
quot adhuc, si de latinis tesseris scriberem, — cui sus-  
cipiendo operi non sponte moram facio, — adjicerem !

Ad Januaria et Vertumnalia, licet de iis taceat  
Garrucci, pertinent quædam.

<sup>1</sup> De collegiis et sodalitiis Romanorum, ut nemo non scit, scripsit Th.  
Mommsen, Kilii 1843. Sed hic de municipalibus sacris et de quibusdam sacris  
publicis ab imperatoribus institutis agit. De municipalibus sacris quæ semper  
eo more quo adsueverunt antiquitus observari voluerunt pontifices cf. Fest.  
edit. Müller, p. 158. Cicer. *Pro Milone*. De *juvenalibus*; de die quem saturnali-  
bus adjecit Caligula appellavitque juvenalem (Suet. *Calig.* 14.) « Et ut lætitiæ  
publicæ in perpetuum quoque augeret adjecit diem saturnalibus appellavitque  
*Juvenalem*. » Id. 17. Nero etiam juvenales ludos instituit de quibus. Suet.  
*Nero* 11, 12. Tacit. *Ann.* XIV, 15, 33, etc... De *collegiis juventutis*. Muratori  
2016, 5. — Collegium juventutis vici Apollinensis. — Vigellius lusus juven-  
tum, vetustate temporum obliteratos, restituit, Garr. p. 27. — De Pletorio hujus-  
dem generis ludorum patrono Fabretti, *inscr.* D. p. 242. — De Trebulano ne-  
pote Tiburnorum juvenalium curatore. *Giornale Arcadico*, 1832. Guigno, p.  
325. De Tusculano sodalitiis; Canina: *Tuscolo*, p. 325. — De juvenibus Luco-  
feroniensibus (Lucoferonia) Oderici, *Sylloge*, p. 106.

<sup>2</sup> Tertull. *De Idolis*, lib. x, Minervalia Minervæ.

Ficor. t. XIII, 3. IAN) (abundantia pateram coronamve  
VAR

d. cornuc. s. tenens. Minerva galeata hastam s. tenens,  
aversa.

10° VAL SATURNALIA.) (Val)eant) Saturnalia. Ficor.  
T. VII, 20. — SA in medio palma) (corona. — IO Sa (tur-  
IO

naliam.) Ficor. t. xv. — T. F. S.) (Homo nudus spectans.  
AVE forsā : tibi feliciter Saturnalia. Ave.

DEV.) (Minerva galeata cum hasta et scuto, abundantia.  
TER

Ficor. t. xiv, 8; t. ix. 22. Alterum exemplar omnino  
simile. Secundum diem Minervalium hic indicari credo;  
quod si vox deuter, δευτέρω, usurpata fuerit, alia exempla  
verba græca latinis litteris scripta exhibent : quam con-  
suetudinem in hujusmodi monumentis haud raro usita-  
tam fuisse manifestum faciam.

Plumbum quoddam Ficoronianum EPOS habet, quo  
exemplo vides litteras græcas latinasque in uno monu-  
mento conjungi (t. xx, 35; t. xx, 30); in alio TICH occur-  
rit, τύχη, ubi forsā C pro X adhibendum est; et verbum  
τύχη habes litteris alibi latinis scriptum. Quod si Fico-  
ronianum opus evolvas, alia eadem invenies, quæ, si quæ-  
ris eo tempore quomodo sonarent litteræ, non sunt con-  
temnenda. Cf. t. XXV, 5. PHIL.) (corona, etc...

C. PE) (Vertumnus ithyphall. d. Ficor. t. VIII, 3. —  
DANI

Vertumnus) (C. PEDANI, t. xiv, 13. — M. M. D.) (C. SS.  
Vertumnus : quid sibi velint litteræ hic inscriptæ me  
fallit, t. xvi, 3. — Abundantia) (Vertumnus s. cum ramo  
et serp. VETA, t. xxv, 7. — LAF.) (Vertumnus cum pal-  
ma et serp. s.

Breviter de Ficoronianis tesseris quid cogitem dicam.



Doctissimo Patri Garrucci multas ad sodalitia, vel ad Latii religiones pertinere credenti, sane assentior; multae autem ad eadem non spectant, quas pro memoria, bonisque votis inter se Romani commutabant. Quot enim inter illas aut vota, aut felicitatis, divitiarum et abundantiae symbolos exhibent!

*Divitiarum abundantiae et felicitatis symboli.*

1. t. II, 15. Fortuna sedens cum cornucopia et alia re deleta. — 2. t. IX, 2. Fortuna cum cornucopia et gubernaculo. Arbor M. E. — 3. t. XIII, 10. Copia sedens s. pateram et cornuc. tenens) (patera et caduceus FORTVNATA. — 4. t. XIV, 1. A. P.) (mulier stolata pateram. caduceum gerens s. — 5. t. XIV, 2. CLI) (mulier stolata sedens cornucop. et guber. tenens. — 6. Id. 3, H. F. P.) (mulier haud absimilis. — 7. Id. 9, CAL) (mulier similis d. — 12. Id. 12. FEL.) (mulier cum hasta et cornucop. (Feliciter). — 13. t. XV, 4. L. P. O.) (mulier cum gub. et cornuc. — 14. Id. 8. NI) (Mercurius M, va(le.) — 15.

VA

t. VI, 5. FL. HF. Mercurius d. loculum, sinistra caduceum. Feliciter... — 16. T. VI, 6. Mercurius idem. ALS.) (bos d. — 17. T. VI, 10. A. Mercurius idem. — 18. t. IX, 10. Mercurius similis) (HIM. — 19. T. XII, 5. Palma et stella inter quas FELIX.) (Mulier stolata sinistra spect. dext. palmam sin. caduceum gerens. — 20. t. XIII. SCA VRI) (Mercurius. — 21. T. XVIII, 7. Mercurius. Cf. t. VI, 5.) (Duæ manus simul junctæ. — 22. Id. 8. Mulier stolata d. loculum s. cornuc. gerens et s. gradiens) (mulier sedens cum guber. et cornuc. Nota *loculum* et cf. cum tesseris quæ Mercurium exhibent. — 23. Id. 16. Fortuna cum cornuc. et gub.) (Mercurius. — 24. Id. 18. Mu-

lieraversa, stolata stans.) (Mercurius. s. — 25. Id. 19. Fortuna et Venus nuda.) (Mercurius. — 26. Id. 20. Homo aversus stans cum cornuco. et guber. — 27. Id. 21. Mercurius (quid sit non bene videtur. — 28. Id. 24. Fortuna) (Botrus. — 29. t. XIX. 16. Mercurius) (nescio quid. — 30. t. XX. 1. Fortuna) (CP. RE. — 31. t. XXI. 15. Capra et ante illam gubern. navis cum sigl. E; in altera facie ΕΥΤΥΧΗΣ — 32. Id. 24. Mercurius.) EXP. — 33. t. XXVI. 8. Mulier aversa stans) (fortuna. — 34. Id. 9. Fortuna.) (PLOST. — 35. Id. 14. Fortuna.) (Hominis caput laureatum. — 36. Id. 16. Mercurii caput) (caduceus. — 37. Id. 20. Figura quæ male cujusmodi sit agnoscitur.) (Mercurius. — 38. t. XXVII. 5. Mercurius.) (In parte postica nescio quid. — 39. Id. 20. Venus) (Fortuna ut sæpius supra. — 40. Id. 21. Venus) (septem stellæ inter quas nescio quid. — 41. Id. 24. Venus) (fortuna sedens. — t. XXIX. Fortuna ut supra s.) (ædificium TIS. — 42. Id. 3. Fortuna d.) (columba super quoddam ædificium. — 43. Id. 9. Miles) (Mercurius. — 44. t. XXX. Apollo cum lyra et cornucop. LD) (fortuna. — 45. Id. 8. FA Homo d. palmam hastamque gerens) (Fortuna. — 46. Id. 15. Fortuna.) (AC. — 47. Id. 23. AA) (Fortuna. — 48. Id. 27. Fortuna AVI—I ou E nescio. — 49. Id. 28. XC) Mercurius ut supra. — 50. t. XXXI. 9. Mercurius ut supra. — 52. Id. 12. Mercurius cum caduceo) (M. M. M. — 53. Id. 16. Fortuna d.) (CAC. — 54. Id. 21. Fortuna.) (CAC., ut videtur. — 55. Id. 22. Mercurii caput) (bidens inter duas palmas. — 56. t. XXXIII. 8. Fortuna) (NS. ut videtur. — 57. t. XXXIV. 5 Mercurius) (capra d. — 58. Id. 8. Fortuna) (asinus d. — 59. t. XXXV. 2. Militis galeati caput d.) (Fortuna stans. — 60. Id. 8. Fortuna sedens) (tres nymphæ.

*Multæ etiam tesserae ad navigantes spectant.*

1. t. XX, 24. Fortuna aversa sedens DNC.) (Ancora CCN<sup>1</sup>. — 2. Id. 31. Navis cum ramis et velo) (EROS. — 3. Id. 32. Gubernaculum) (CPI. — 4. T. XXI, 3, Gubernaculum) (PI (C) PI ut videtur, cf. n. 3. — 5. Id. 7. Dea Venus cum duobus amoribus) (Fortuna. — 6. Id. 25. VRE) (navis cum velo et ramis forsā (f)ure(ns) sis; SIS)  
Fure. Sis scribebatur : ad navem votum.— 7. t. XVIII, 19. Fortuna et Venus nuda) (Mercurius ut videtur cf. t. XXVIII, 20, 11, 24. — 8. II, 1. Castor et Pollux sese invicem inspicientes inter quos stella) (Venus d. quæ in speculo se in-tuetur. Hæc numina felici navigationi habebantur præposita. — 9. t. XXII, C. L. Fortuna) (AN forsā AN Venus cum binis amoribus. — 10. t. xv, 8. Neptunus nudus s.) (ARMP. — 11. Id. 7. CVD) (navis cum ramis. — TICD) (CUO navis cum ramis.

Alia non pauca adjicere supervacaneum duco.

LXXI tesseras retuli quæ vel Abundantiam, vel Mercurium, vel Fortunam exhibent; quod si cogites quot tesserae ad ferias pertineant, quot alio sensu, ut dicam, illustrandæ sint, hic numerus sane multi pretii est.

Tesseras quæ ferant VETA supra vidi; quæ inscriptio quem sensum habeat non incertum<sup>2</sup>. Quum alia præferat REB ME-F., *rebus meritis feliciter* intelligitur<sup>3</sup>; T. F. S. restituit Ficoroni *Titius felix sibi*; L. F. S. *Leo felix sibi*, quod quum præferat monumentum leonem, veri-

<sup>1</sup> Dii nobis caveant. Concordia nautarum. Cf. etiam. Fic. t. XX, 37. Victoria stolata et alata) (gubernaculum D. N. C.

<sup>2</sup> Fic. t. XXV, 7.

<sup>3</sup> XXV, 12.

simile esse quin fatearis non potes <sup>1</sup>. Plumba multa alia, vel in catalogo quem supra posui invenies, ubi F pro feliciter haberi credo.

Litteras, quæ insignibus adscribuntur, vel privatorum vel deorum nomina et vota indicare, haud quidem incertum.

Aliæ quæ in catalogo Ficoroniano supersunt vel ad circum pertinent vel ad solemnia imperatorum spectant, vel privata symbola habenda sunt.

I. t. xxx. 19. Abundantia) (Hercules cum clava. Garrucci, Tab. II, n. 13. Gladiator d. gradiens, dextra lanceolam tenens qua leonem aggreditur SOTEP) (gladiator s. gradiens. d. lanceolam tenens, aprum ferit. — Tab. II, n. 14. Duo spectatores dex. spectantes plaudunt, sub quibus MCI) (gladiator s. gradiens, galeatus scutum s. brachio ferens. — In area apis? — Cf. Garrucci. op. laud. Spettacoli del Anfiteatro, — corse circensi, — gladiatori, — spettacoli teatrali, — Quæ plumba, ut nummi *contorniati*, nec numeros nec locorum indicationem ferunt et nullo modo pro tesseris theatralibus haberi possunt, sed tantum spectaculorum vel quorundam insignium gladiatorum, ut credit Eckhel memoriam servant. Si verba in iis inscripta consulas, nil quod dubites habebis. — II. Illæ quæ ad imperatores pertinent parva monumenta sunt aut solemnium aut rerum feliciter actarum. — III. De privatis cf. t. iv, 3. vii, 2, 10. xi, 9. xii, 1. xiii, 1, 2. xiii, 8. xvi, 1. xx, 35. xxi, 6, 18, etc... inter quas unam modo referam; orthogonia forma, cum litteris ΑΓΓΕΛΟΣ ■ ΟΥΗΡΑΣ quibus intelligitur servo suo hanc tesseram pro eo quo gallice

<sup>1</sup> XXI, 2.

vocamus *carte de visite*, Severam dominam dedisse <sup>1</sup>.

Summa iudicii mei spectat huc ut Ficoroniana plumba in quinque ordines dividi possint.

I. Plumba, quæ omnibus aliis pretio antecellunt, ad sodalitia feriasque publicas pertinentia.

II. Plumba quæ pro memoria bonisque votis inter se Romani commutabant.

III. Plumba quæ ad circi victoriarum et ludorum vel rerum feliciter actarum servandam memoriam conflata fuerunt.

IV. Symbola privata.

V. In seriem ultimam pleraque quæ numeros tantum exhibent, de quibus nil certum quod dicam habeo, collocabis <sup>1</sup>.

Huic sectioni finem faciens, plumbum quoddam sane maximi pretii, sed cujus et sensus et pretium, ut videtur, P. Garrucci fefellerunt, commemorabo <sup>2</sup>.

« Quest'ultimo peso altresì tocca l'oncia e mezzo; e sotto e sopra ad una come *cuspidè* o ferro di lancia porta l'epigrafe ΚΥΝΔΙΣ. Il ΚΥΝΔΙΣ o ΚΥΝΔΙΑΣ potrebbe essere anche ΚΥΝΔΙΟΣ come abbiamo Ψαυμις e Ψαυμιος, Ιουλις e Ιουλιος. — Facciasi un confronto col ΚΥΝΔΟΝΑΕ del Montfaucon Pal. Græ. p. 170. Gruter. 326, 2. e Muratori che vi legge ΚΥΝΔΙΟΝΑΕ <sup>3</sup>. »

<sup>1</sup> Plumba comica nonnulla fuerunt. Exemplum sit illud quod delineavit Garrucci, II, p. 416. — Tiberii caput d. respiciens P—M) (nescio quid : *Hoc valet ad Biberrium*. — « In castris etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberrius, pro Claudio Caldus, pro Nerone Mero vocabatur. » Suet. *Tib.* 42. Cf. Gourdin : *Dissertation on Satirical medals*. Lond. 1789, in-4° Klotz : *Historia nummorum contumeliosorum*. Altemb. 1767.

<sup>2</sup> P. 62.

<sup>3</sup> Hoc monumentum illustravi in opusculo cui titulus est : *Sur un poids grec inédit : attribution de la formule ἀγορανομῶντος aux villes de la Syrie et de la Propontide*, 1870. *Annuaire de la société pour l'encouragement des études grecques*.

Ponderum græcorum non exstitit ullum quod illo majoris pretii sit : sed doctissimi patris opinionem nullo modo accipimus. Quas legit ΚΥΝΔΙΣ litteras, si figuram consulis ΚΥΙ ΔΙC legendæ sunt ; post Υ, quod insculptum est non liquet, sed sine dubio Ι restituendum est. Quod *cuspidem* esse credit auctor, tæda est, ut videtur<sup>1</sup>. Hoc duo *στατήρας* pendit ; quo pondus plumbum esse *monetarium*, manifestum fit. In principio dissertationis suæ de Cyzicenis scribit Charles Lenormant. « On ne connaît que deux poids qui puissent se rattacher à des monnaies<sup>2</sup>. »

Unum scilicet æneum pelamidem exhibet cum litteris ΚΥΙ-ΔΙC, pendit 29 g. 80 ; alterum plumbeum tædam cum litteris ΚΥΙ CTA, pendit, 18 g. 70<sup>3</sup>.

Posterius quam hæc scribebat Lenormant tertium quoddam publici juris feci, δύο χρυσούς pendens<sup>4</sup>.

Hoc quod edidit Garrucci nunc quartum locum habebit. Quum jam circiter CXL pondera græca descripta fuerunt, quatuor tantum monetaria sunt ; hic de græcis non de byzantinis agitur<sup>5</sup>.

Alia pondera quæ cum tesseris delineavit Garrucci, vel post docti editoris emendationes, sunt adhuc illustranda ; illud autem vere dignum erat, præcipue quum fere nulli in manibus Garruccianum opusculum sit, quod breviter describeretur.

<sup>1</sup> Cf. Lenormant, *Mémoire sur les Statères de Cyzique*.

<sup>2</sup> Revue numismatique, t. I, p. 7, 1856.

<sup>3</sup> Longpérier. *Annales de l'institut de correspondance archéologique*, t. XIX, p. 336. C. I. G. 3681.

Schilbach. *Ann. de l'Institut de Correspond. Arch. opus laud.* n. 7566. Chabouillet. *Catalogue des camees*, etc... 3185, 3186. Mommsen *Geschichte des Rom. Münzwesens*, p. 7, etc., etc.

<sup>4</sup> Dumont. *Sur un poids grec, etc...* Rev. arch. sept. 1869, p. 197.

<sup>5</sup> Dumont. *Notice sur un poids byzantin* : Rev. arch. 1870.

II

Simul ac primum incepti tesseræ græcæ in ordinem digerere, ut supra dixi, inter illas quasdam ad deos illorumque cultum spectare, mihi in mentem venit : quæ opinio, quum illis attente explicandis operam dedi, cum veritate rerum consentire mihi visa est.

1° Primum exemplum afferam, singulare quidem, sed multi momenti. Tesseram quamdam in opusculo meo (*Tessères inédites en Attique*) descripsi, quæ, tum spicam et papaver, tum quattuor litteras in parte dextera inscriptas exhibet. Tres primæ sine ullo dubio ΕΠΟ sunt, ante quas nihil unquam inscriptum fuisse, si monumentum inspicias, certum habebis ; ultima littera, paulum deleta, quæ sit ægre discernitur ; certe autem Ψ inculpsit artifex, quod nihil nisi Ψ esse potest. Quid sibi vult inscriptio ista ΕΠΟΨ ? Si privati cujusdam nominis initium hic quæris, cujus nominis istæ litteræ initium sint ? Ἐποψις autem habemus, vocem sane notam et ad Cereris cultum pertinentem.

Quid fuerit ἔποψις qui de mysteriis disseruerunt, sæpius et doctissime dixerunt : inter quos cf. Ch. Lenormant : *Mémoire sur les représentations qui avaient lieu dans les mystères d'Éleusis* <sup>1</sup>.

Certum igitur habemus inter tesseræ græcæ nonnullas ad Cereris cultum spectare. Exemplum de quo non ambigatur attuli.

<sup>1</sup> Firmicus : *De errore profan. relig.* p. 339, 340 : Libet nunc explanare quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in istis sacrilegiorum cætibz Diaboli tradidit disciplina, etc.

Quam parum inter se similes sint litteræ in tesseris inscriptæ jam vidimus; inde multi momenti esse credo plurima documenta easdem litteras,  $\Delta - A$  scilicet, exhibere.

1. Dum. n. 30. Cornucopia  $\Delta - A$ . 2. Dum. n. 52. Papaveris caput et spica decussatim posita.  $\Delta \Delta /$ . Quarta

A

littera detrita, tertia  $\Delta$  fuisse videtur. — 3. Dum. n. 27. Papaveris caput, hinc et inde spica  $-A$ . — 4. Dum. n. 30. Serpens  $\Delta - A$ . — 5. Dum. n. 30<sup>a</sup>. Cereris caput.  $-A$ . — 6. Dum. n. 18. Cereris caput præcedenti haud absimile. —  $\Delta - A$ . — 7. Dum. n. 40. Papaveris caput  $\Delta -$ . — 8. Post. I, 112. Tres spicæ in manipulum colligatæ; in area ad dextram  $\Delta$ ; omnia in area orbiculari incusa) (tres globuli in triangulo dispositi per aream.

Et cornucopiam et spicas Cereris insignia esse neminem fallit.

Quum igitur et nonnullæ inscriptiones, Cereris insignibus appositis, easdem litteras exhibeant, et tessera quædam non modo  $\Delta A$  sed  $\Delta \Delta \Delta$  habeat, quæ litteræ pro  $\Delta \Delta \Delta \omega \chi \rho \varsigma$  usurpari videntur, — illa monumenta ad Cereris cultum, ut illud quod Ἐποψις præfert, pertinere quin credam non multum dubito. Hanc autem opinionem, si capitulum quo de litteris tesseris nostris inscriptis disseruimus consulis, cur verecunde dubitanter ad huc proferamus facile intelliges. Expecto itaque donec aliquis eruditior me quidem illas tesseras cum litteris  $\Delta A$  vel  $\Delta \Delta \Delta$  inscriptis, melius explicet.

Jam de certioribus agamus.

2<sup>o</sup> ΑΘΗΝΑ-ΝΙΚ. Tropæum; omnia in area orbiculari incusa partim visibili) (.ΩΣΦΟΡΑΡΤΕΜΙΑ, ara. Post. II, 758. Ἀθηνᾶ Νικ (ηφόρω) Φωσφόρω Ἀρτέμιδι,



Minerva victrix cf. Nummos Pergamēnos qui, ut nostrum plumbum tropæum cum litteris ΑΘΗΝΑΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ præbent<sup>1</sup>. Νικητήρια apud Athenienses fuisse a marmoribus ephēbicis scimus, quæ solemnia tum Minervæ victoriam e Neptuno relatam, tum Marathonem Platæas et Salaminem commemorabant<sup>2</sup>. Minervæ victrici sacrificium facere in ephēbico collegio diu mos fuit.

ΣΥΝΤ(ΕΛ)ΟΥΜΕΝΗΣΔΕΚΑΙΤΗΣΘΥΣΙΑΣΤΗΙΑΘΗΝΑΙ  
ΤΗΝΙΚΗ (sic.) (Φιλίστωρ, 1861. T. I, fac. I. Tab. 1, lin.  
14).

Ad eandem Minervam plurima Atheniensium numismata pertinere videntur, de quibus cf. Beulé, *Monnaies d'Athènes*, p. 173, 231, 377, 344, 390<sup>3</sup>.

De tropæis Minervæ consecratis, Beulé, p. 149.

Dianam apud Athenienses nonnunquam luciferam dictam fuisse testantur et auctores et marmora. Cathedra quædam marmorea, in Bacchi theatro nuper reperta, hanc inscriptionem præbet:

ΙΕΡΕΩΣΧΑΡΙΤΩΝΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΟΣΕΠΙΠΥΡΓΙΑΙΑΣ  
ΠΥΡΦΟΡΟΥ

et altera :

ΙΕΡΕΩΣΠΥΡΦΟΡΟΥΕΞΑΚΡΟΠΟΛΕΩΣ<sup>4</sup>.

In tetradrachmorum serie quæ ΦΑΝΟΚΛΗΣ et ΑΠΟΛΩΝΙΟΣ exhibent, Diana lucifera insculpitur. Beulé, p. 375. De qua cf. locos auctorum quos Beulé refert.

<sup>1</sup> Cf. Beulé, p. 149. Harpocrat, ad verbum Νίκη Ἀθηνῶν.

<sup>2</sup> Aug. Mommsen : *opus laud.* p. 209. Cf. Præcipue Himerii locum *Ecloga*, V<sup>o</sup> *edit.* Dübner; in memoriam victoriæ Minervæ et pugnarum atheniensium tropæum statuere optat Themistocles.

<sup>3</sup> De coronis Minervæ victrici consecratis. Cf. Böckh *Staatsk. der Athen.* p. 74. C. I. G. n. 150.

<sup>4</sup> *Diar. Arch. Athen.* 1862, p. 98, 134. — De Artemide, Cf. Paus. II, 180. Eurip. *Iphig.* 21. Paus. IV, 358. Rang. *Ant. Hell.* t. II, pag. 149.

Jam vero, quod est majoris pretii, Minervam et Dianam eodem cultu apud Athenienses sæpe conjunctas fuisse demonstrandum est. Minerva et Diana, quod neminem fallit, luciferæ deæ habebantur. Luna, Minervæ symbolum, nonnunquam nummos vel tesseras tribunalium inspicientibus, occurrit. Luna crescens in tetradrachmo quodam antiquo incusa, quod de Luynes delineavit<sup>1</sup>, insculpta est. Quid fuit Minerva-Gorgo, nisi luna plena? Minervam lunam fuisse, si credimus Arnobio, monstraverat Aristoteles<sup>2</sup>. Quædam tesseræ quas in opusculo meo *Sur quelques tablettes du tribunal des Héliastes*, commemoravi, lunam crescentem præbent.

Minervam ut Dianam cognomen idem habuisse asserit Gerhard<sup>3</sup>, illasque deas simul Ἀγροτέρα dictas fuisse. Haud procul a Minervæ victricis templo quod adhuc exstat in Athenarum arce, Dianæ luciferæ aram fuisse dicit Pausanias (I, 180). Unde cognoverit Gerhard Minervam ἀγροτέρα dictam fuisse nescio. Quum autem deas illas sæpius uno et eodem cultu honoratas fuisse certum sit, tessera nostra facile intelligitur. Quod si præcipue, ut videtur, Minerva victrix cum Diana venatrice aliquid commune habuerit, ad νεκρήρια vel forsitan ad ephebicam religionem monumentum nostrum spectare facile crediderim<sup>4</sup>.

1. Postol. 1, 90. Pallas sm. stans d. victoriam. s. clypeo humi posito innixa; pro pedibus serpens in spiras erect-

<sup>1</sup> De Luynes. *Choix de médailles grecques*, p. ix, 21. — Beulé, p. 37, 35, 238. Eckhel : *D. N.* II, p. 209.

<sup>2</sup> Guignaut : *Religions de l'Antiquité*, t. III, p. 11, 582. — Arnob. *Advers. gentes*. III, 31.

<sup>3</sup> Gerhard, *Mythol.* t. I, p. 231 255.

<sup>4</sup> Cf. Post. Art. 11, p. 310.

tus; omnia in area orbiculari incusa) (Tropæum, ut videtur, clypeus rotundus prægrandis appensus cum hasta transversa; in area hinc NIK, inde noctua s. m. stans.

2. Id. 214. NIK Cantharus in cujus ansarum vacuo globuli.

3. Id. 236. NI —.; NI-KH sine dubio, intermedio bovis capite.

4. Id. 104. — Diota cum operculo N—I. Omnia intra quadratum ex oleæ ramis in rectangulo dispositis contextum.

Ad *νικητήρια* tesserae illæ spectant.

De thiasis nonnulli recenter dissuuerunt. Ex quo illis primum docti mentem adverterunt, quanti momenti fuerint hæc collegia apud veteres, manifestum fuit; simul ac antiquæ religiones languescere cœperunt, exstiterere secretæ quædam societates quæ novos deos, externos plerumque, adorarent. Si opuscula quæ nuper edidit Wescher legeris, videbis quot fuerint istiusmodi societates. In primis quales fuerint in dissertatione, coram Inscriptio-num Humaniorum Litterarum Academia recitata, explanavit Foucart. Nec absurdum est quærere annon inter plumba nostra quædam ad thiasos pertineant.

Nulla inscriptio, nullus auctorum locus probat ad societates illas adeundas opus fuisse symbolo. Constat tamen necesse fuisse, quum multi ejusdem cultus essent participes, ut signo quo se invicem agnoscerent, uterentur.

Etsi taceant scriptores, verisimile est tesseras ad usum thiasorum exstitisse. Afferam primum præcipua monumenta.

1°. Ficor. in fine. Typus ad nummos plumbeos conflandos. Imagines quinque conspiciuntur Isis sive potius

sacrificuli ipsius deæ cum vase aquæ lustralis in d. cum sistro s.

Idem. Typus quinque cavitates exhibet quibus insculpuntur quinque sinistra.

Hic typus certe ad cultum Isidis pertinet; si dubitas illum ad conflandas tesseras sacras elaboratum fuisse alius forsán dubitationem tollet.

2º Typus præcedenti similis, in quo septies incisa videntur tria hæc elementa ERA. Quod si latinam vocem quæ elementis ERA incipiat quæris, *eradico* vel *erado* et verba quæ ex eadem radiceveniunt proferre possis. Fere sine dubio ERA pro EPA (νιστής) usurpatur.

Amuleta plumbea, tesseris fere omnino similia, ad eodem cultus extraneos eosdemque deos pertinentia, plurima afferre licet.

4º Garruc. Pl. III. 9. Stella lunaque IAΩ.) (SSS. Senoi, Sensenoi, Sammangaloph.

Hoc plumbum annulum adhuc servat quo funiculus ducébatur<sup>1</sup>.

2. Ficor. x, 11. Serapidis caput cum modio d.) (ΦΥΛΑΣΣΕ. In parte superiori appendix cum foramine parvo. Gemmarum in quibus litteræ eadem inscribuntur exempla plurima sunt inter quæ nonnulla commemorare operæ pretium est. Wieseler, *Theatergebäude*, Tab. XII, 24. ΦΥΛΑΣΣΑΙ. Gori. *Inscript. antiq. in Etruriæ urbibus exstantes*, t. I, tab. v, 5. — Lippert: *Daktyliothek*. Suppl. II, n. 136. Agostini, *Gemmæ antiq.* t. II, 96. — Raspe: *Cat. de Tassia*, 3578. — Seguin, *Select. numism.* p. 2. ΦΥΛΑΣΣΕ.— Arneth, *Ant. Cameen des K. K. Münz und Ant. Cab. zu Wien*. Tab. XXI, f. 37.

<sup>1</sup> Hyde: *De religione veterum Persarum*, p. 271.

In sigillo æreo *ἡμέτερε, φιλεῖ σε Σέραπις*. C. I. G. p. 8569.—  
ΣΦΜΕ Id. n. 8570. *Σέραπις φιλεῖ με*.

3. Ficor. in fine: dimidium typi ex optimo lapide viridis coloris incisam præfert tesseræ partem posticam in qua videntur figuræ duæ lanceam inversam in aversa manu, vas in altera habentes. Mediæ inter illas tres stellæ conspiciuntur et globulus; circum sigla sunt. CABAΩT, subscripto TITAN.

4. HE. Post. II, 69. Quid sibi vult hæc inscriptio nisi  
MO

HEMOYΦΙΑΗ? amuletum amatorium habemus ut multa in museis asservantur. De amatoriiis gemmis, cf. Chabouillet, *Camées et pierres gravées*, etc., n. 270, 271. Grtuer CCCXLIII, 6, 7. Montfaucon, *Antiq. Expl. Supp.* t. III, p. 175. Caylus, *Recueil d'Antiq.* t. II, tab. 51, p. 3. *Bulletin de l'Ecole franc. d'Ath.* 1868 août, multaque alia exempla. De amuletis quæ nummorum formam habebant apud Græcos; Cf. *Act.* XIX, 19, 23.

5. Ejusdem generis sunt duo alia monumenta, a Postolaka publicata quæ præbent, unum EPXOY, alterum EPXO.

6. YE, non præcedentibus absimile quod has litteras PE præbet monumentum. Vox non græca est, latina autem *vere*. De vocibus latinis cum græcis litteris scriptis, cf. supra cap. VI.

## THESES.

Ut concludam, ea præcipua quæ attuli nova talibus contrahantur propositionibus.

1° Etsi aliter sentiunt antiquarii fere omnes, arbitror græca plumba quibus nummorum forma est, tesseras esse. Nullum eorum, quæ græca sunt, nummus haberi potest.

2° Perperam asseverant antiquarii nullam tesserarum interpretationem fieri posse; quarum contra certus sensus reperiri potest, si in certos ordines eas distributas contuleris.

3° Plurimæ earum *ἐπίσημα* privatorum aut magistratum exhibent.

4° Pleræque cæterarum similes haberi debent nummis mediæ ætatis dictis, *jetons, méreaux*, etc.

5° Quæ ad nummorum scientiam ex iis nova accedunt, et ad religionis vel rerum publicorum vel privatæ vitæ cognitionem pertinent, illustrari possunt.

## TABLE.

Procœmium.....	pag. 5
Index auctorum qui tesseras plumbeas juris publici fecerunt aut de tesseris græcis disseruerunt.....	14
Cap. I. De plumbeis monumentis quæ plus minusve tesseris nostris similia sunt.....	22
Cap. II. De variis opinionibus quæ ad plumbeas tesseras pertinent et de numismatibus plumbeis.....	30
Cap. III. De tesseris nostris quæ signacula hominum privatorum exhibent.....	50
Cap. IV. De tesseris quæ ad res publicas pertinent.....	66
Cap. V. De agonisticis tesseris.....	78
Cap. VI. De tesseris quæ ad religionem pertinent. De tesseris sodalitorum.....	85

Vidi ac perlegi  
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,  
non. Mai. ann. MDCCCLXX,  
Facultatis litterarum in Academia  
Parisiensi Decanus,  
PATIN.

Typis Mandetur.  
Academiæ Parisiensis rector,  
A. MOURIER.